CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE BORUSSICAE

CONTINUATA.

PARS II.

PROCOPIUS.

VOLUMEN II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.

PROCOPIUS

EX RECENSIONE

GUILIELMI DINDORFII.

VOL. II.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXIII.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ

ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Α'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Α'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ ΚΑΤ' ΑΥΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Α'. P. ἱστορία τῶν γοτθικῶν πολέμων, οὓς διὰ βελισαρίου στρατηγοῦ ἰουστινιανὸς βασιλεὺς συνεστήσατο ἐν τέσσαρσι τόμοις διῃρημένη. ἀρχὴ τοῦ πρώτου τόμου L.

PROCOPII CAESARIENSIS

HISTORIARUM TETRADIS II.

LIBER I.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

Byzantii Zeno imperat, in Occidente Augustulus. Oreste huius patre occiso, regnat Odoacer. Theodericus Gotthorum Rex e Thracia in Italiam migrat, Zenonis impulsu. Ravennam, cuius situs describitur, obsidet. Odoacrum e medio tollit. Potitus Italia, subditis cum laude praeest. In ferculo videre sibi visus caput Symmachi, quem cum Boëtio inique occiderat; territus ac lugens moritur. (Cap. 1.) *Theoderici successor Atalaricus puer a matre Amalasuntha, laudatissima femina, praeceptoribus traditur, literis imbuendus. Earum osores Gotthi, Reginam vituperant. Ipsius constantia, et in difflanda conspiratione prudentia.* (2.) *Theodati genus, mores, consilium. Missi Byzantio Legati ad Rom. Pontificem. Procopii de religione iudicium. Aegrotante Atalarico, sibi timens a Gotthis Amalasuntha cum Alexandro de Italia Iustiniano dedenda clanculum agit; dum in speciem expostulatoriae utrinque literae commeant. Byzantium Legati redeunt. Imperator Petrum in Italiam destinat.* (3.) *Amalasuntha Theodati rapacitatem coercet. Eumdem, Atalarico mortuo, studet sibi conciliare, et ad regnum vocat. In carcerem mittitur ab ingratissimo Rege, cui Petrus Iustiniani Legatus, post Amalasunthae caedem, bellum denuntiat.* (4.) *Iustinianus bellum Gotthicum suscipit. Mundum in Dalmatiam, Belisarium cum classe in Siciliam mittit. Ad Francorum Principes scribit. Mundus Salonas capit. Belisarius universa Sicilia potitus, Consulatum suum munificentia claudit.* (5.) *Theodatus cum Petro Iustiniani Legato paciscitur. Eiusdem demissio animi lepido expressa col-*

loquio. Theodati et Iustiniani mutuae literae. (6.) *Mundi filiique eius interitum praedixisse Sibylla creditur. Theodatus fidem fallit, et Imperatoris Legatos male accipit. De Legationum iure colloquium. Iustiniani ad Gotthorum Optimates epistola. Ab eo missus cum exercitu Constantianus Dalmatiam recipit. Exit annus belli Gotthici primus.* (7.) *Ingressus Italiam Belisarius, Ebrimirum Theodati generum in fidem recipit. Neapolin obsidet. Incoeptum hoc dissuadenti Stephano civi Neapolitano respondet. Initum a civibus deditionis faciendae consilium Pastor et Asclepiodotus oratione sua evertunt.* (8.) *Theodatus Gotthorum Rex futurum belli exitum prodigio discit. Belisarii in Neapolitanos conatus irriti. Via, qua urbs capi poterat, cognita et occulte munita, ad deditionem invitat, expugnationum mala commemorans.* (9.) *Belisarius in urbem Neapolin parat irrumpere: suos tandem per aquaeductum immittit. Urbis captae clades. Belisarius ad clementiam hortatur exercitum. Repentinus Pastoris obitus. Stephani et Asclepiodoti convitia mutua. Asclepiodotum populus in frusta concidit.* (10.) *Gotthorum Rex creatus Vitigis, de medio Theodatum tollit. Eius ad Gotthos oratio de prudenti cunctatione et belli apparatu. Relicto Romae praesidio, Ravennam concedit. Matasuntham Amalasunthae filiam uxorem ducit.* (11.) *Aliquarum Orbis partium descriptio. Veteres Francorum sedes. Visigotthorum ditio. Arborychi et Franci in unam gentem coalescunt. Visigotthi omnem Galliam obtinent. Franci cum Theoderico Italiae Rege foedus ineunt: Burgundiones vincunt: Alaricum Visigotthorum Regem occidunt. Carcassonem obsident frustra. Theoderici res gestae in Gallia. Theudis tyrannus.* (12.) *Franci Thoringos et Burgundiones debellant. Sororem Regis Francorum Amalaricus uxorem ducit: cum Atalarico paciscitur: a Francis in proelio vita spoliatur. Theodati cum Francis pacta conventa: de quibus implendis orationem Vitigis ad suos habet. Cum Francorum Regibus societatem pangit.* (13.) *Belisarius relicto Neapoli et Cumis praesidio, Romam petit. Dedunt se Romani. Viae Appiae descriptio. Gotthi Roma excedunt. Eam ingreditur Belisarius, et ad obsidionem ferendam necessaria parat.* (14.) *Partem Samnii recipit Belisarius. Beneventum cur olim dictum Maleventum. Eius conditor Diomedes, stupendos apri Calydonii dentes ibi reposuit. Ibidem Aeneae dedit Palladium Troianum, cuius imago describitur: item sinus Ionius, Magna Graecia, aliaeque partes Italiae.* (15.) *Belisarius copias in Tusciam mittit. Narniam Bessas recipit; Spoletium et Perusiam Constantinus. Huius victoria. Vitigis, exercitu in Dalmatiam misso, Romam properat. Gotthi Salonas obsident.* (16.) *Belisarius Constantinum ac Bessam e Tuscia Romam revocat. Narniae situs. Vitigis Romam accedit. Pontem Belisarius munit. Fuga custodum pontis.* (17.) *In acerrimo praelio Belisarius, equo Bala invectus, rem fortiter ac feliciter gerit. Fugati Gotthi, Romanos fugant. Redintegratur praelium. Belisarius ad muros se recipit: iterum Gotthos fundit. Visandi Gotthi casus mirabilis. Vitigis cives Romanos ad defectionem sollicitat.* (18.) *Castra septem faciunt Gotthi: urbis aquaeductus incidunt; excitatas a Belisario moletrinas evertunt. Eas reparat Belisarius.* (19.) *Victoria Belisario puerorum ludo portenditur. Obsidionem cives Romani impatienter ferunt. Legatos mittit Vitigis ad Belisarium. Mutuae orationes.* (20.) *Vitigis ad oppugnationem inferendam se comparat. Arietis, balistae, et lupi, machinarum bellicarum descriptio.* (21.) *Belisarius admotas ab hostibus machinas ridet. Illius in sagittis mittendis dexteritas mira. Vitigis a porta Salaria ad Praenestinam se confert. Moles Adriani acriter oppugnata, acrius propugnatur.* (22.) *Conatus Gotthorum irriti. Muri Romani pars in D. Petri tutela. Tormenti ictus mirabilis. Ad Vivarium et portam Salariam ingens Gotthorum strages.* (23.) *Belisarii ad Iustinianum August. epistola. Ominosus lapsus imaginis Theoderici Gottho-*

rum Regis. Oraculum Sibyllinum. (24) *Belisarius inutilem multitudinem amandat in Campaniam: Silverium Papam in Graeciam relegat: Vigilium ad Pontificatum provehit: et custodiis providet. Templum Iani conantur quidam recludere.* (25.) *Vitigis Senatores obsides necat. Portum occupat. Belisarius ab urbe Ostia commeatus difficulter accipit.* (26.) *Copias accipit Belisarius: praeliis fatigat hostes, ac ter vincit. Frustra illum conatur Vitigis imitari. Discrimen inter Gotthorum et Rom. copias.* (27.) *Ad Romanos, poscentes praelium, oratio Belisarii. Idem exercitum instruit ad equestre certamen. Oratione principii inductus, pedites in aciem admittit.* (28.) *Vitigis Gotthos hortatur ad praelium. Romani initio victores, postmodum profligantur.* (29.)

α'. *Τὰ μὲν οὖν ἐν Λιβύῃ πράγματα τῇδε Ῥωμαίοις ἐχώρησεν.*
ἐγὼ δὲ ἐπὶ πόλεμον τὸν Γοτθικὸν εἶμι, ἐπειπὼν πρότερον ὅσα
P 308 *Γότθοις τε καὶ Ἰταλιώταις πρὸ τοῦδε τοῦ πολέμου γενέσθαι ξυν-*
έβη. ἐπὶ Ζήνωνος ἐν Βυζαντίῳ βασιλεύοντος Αὔγουστος εἶχε
τὸ ἑσπέριον κράτος, ὃν καὶ Αὐγούστουλον ὑποκοριζόμενοι ἐκά-
λουν Ῥωμαῖοι, ὅτι δὴ μειράκιον ὢν ἔτι τὴν βασιλείαν παρέλαβεν,
ἣν οἱ Ὀρέστης ὁ πατὴρ διῳκεῖτο ξυνετώτατος ὤν. ἐτύγχανον δὲ
Ῥωμαῖοι χρόνῳ τινὶ πρότερον Σκίρρους τε καὶ Ἀλανοὺς καὶ ἄλλα
ἄττα Γοτθικὰ ἔθνη ἐς ξυμμαχίαν ἐπαγαγόμενοι· ἐξ οὗ δὴ αὐτοῖς
πρός τε Ἀλαρίχου καὶ Ἀττίλα συνηνέχθη παθεῖν ἅπερ μοι ἐν τοῖς
B *ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη. ὅσῳ τε τὰ τῶν βαρβάρων ἐν αὐτοῖς*
ἤκμαζε, τοσούτῳ τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατιωτῶν ἀξίωμα ἤδη ὑπέ-
ληγε καὶ τῷ εὐπρεπεῖ τῆς ξυμμαχίας ὀνόματι πρὸς τῶν ἐπηλύδων
τυραννούμενοι ἐβιάζοντο· ὥστε αὐτοὺς ἀναίδην ἄλλα τε πολλὰ
V 2 *οὔ τι ἑκουσίους ἠνάγκαζον καὶ τελευτῶντες ξύμπαντας πρὸς αὐ-*
τοὺς νείμασθαι τοὺς ἐπὶ τῆς Ἰταλίας ἀγροὺς ἠξίουν. ὧν δὴ τὸ
τριτημόριον σφίσι διδόναι τὸν Ὀρέστην ἐκέλευον, ταῦτά τε ποιή-
σειν αὐτὸν ὡς ἥκιστα ὁμολογοῦντα εὐθὺς ἔκτειναν. ἦν δέ τις ἐν
αὐτοῖς Ὀδόακρος ὄνομα, ἐς τοὺς βασιλέως δορυφόρους τελῶν,

1. *Τὰ μὲν — εἶμι*] Haec postremis superioris libri verbis adiungunt AHL. *ibid. τῇδε*] *ταύτῃ* Lm. 2. *ἐπειπὼν*] *ὑπειπών?* 3. *τε* om. L. 5. *Αὐγούστουλον*] *Αὐγουστοῦλον* P. 10. *Ἀττίλα* Grotius et Maltretus. Libri *Ἀντάλα*. 11. *ὅσῳ* Scaliger. Libri *ὅτε*. 12. „*ὑπέληγε*] *ὑπήλυγε* Reg." MALT. Sic LHm.

1. Ita quidem in Africa processit Romana res: ego vero ad bellum Gotthicum venio, praevia rerum narratione, quae ante illud Gotthis et Italis contigerunt. Uno tempore, Byzantii Zenone, in Occidente imperavit Augustus, quem Romani, diminuto blande vocabulo, appellaverunt Augustulum; propterea quod Imperium susceperat adolescentulus. Id vero Orestes ipsius pater, singulari prudentia vir, administravit. Aliquanto ante Romani Scirros, Alanos, et alias quasdam gentes Gotthicas in societatem asciverant; ex quo illas ab Alarico Attilaque clades acceperant, quas in superioribus libris descripsi. Sed quantum et fortunae et dignitatis addebant militiae Barbarae, tantum Romanae detrahebant subque honesto foederis nomine ab extraneis tyrannice opprimebantur. Horum certe impudentia eo crevit, ut post alia multa ab invitis expressa, demum agros omnes Italiae dividere inter se voluerint, et cum tertiam eorum partem ab Oreste exigerent, abnuentem eum illico vita spoliarint. Inter ipsos quidam erat, Odoacer nomine, Protector Caesarianus: qui tunc, si illo-

οἷς αὐτὸς τότε ποιήσειν τὰ ἐπαγγελλόμενα ὡμολόγησεν, ἥνπερ αὐτὸν ἐπὶ τῆς ἀρχῆς καταστήσωνται. οὕτω τὴν τυραννίδα παραλαβὼν ἄλλο μὲν οὐδὲν τὸν βασιλέα κακὸν ἔδρασεν, ἐν ἰδιώτου C δὲ λόγῳ βιοτεύειν τὸ λοιπὸν εἴασε. καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ τριτημόριον τῶν ἀγρῶν παρασχόμενος τούτῳ τε τῷ τρόπῳ αὐτοὺς βεβαιότατα ἑταιρισάμενος τὴν τυραννίδα ἐς ἔτη ἐκρατύνετο δέκα.

Ὑπὸ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους καὶ Γότθοι, οἳ ἐπὶ Θρᾴκης δόντος βασιλέως κατῴκηντο, ὅπλα ἐπὶ Ῥωμαίοις, Θευδερίχου σφίσιν ἡγουμένου, ἀντῆραν, ἀνδρὸς πατρικίου τε καὶ ἐς τὸν ὑπάτων δίφρον ἀναβεβηκότος ἐν Βυζαντίῳ. Ζήνων δὲ βασιλεύς, τὰ παρόντα εὖ τίθεσθαι ἐπιστάμενος, Θευδερίχῳ παρῄνει ἐς Ἰταλίαν πορεύεσθαι καὶ Ὀδοάκρῳ ἐς χεῖρας ἰόντι τὴν ἑσπερίαν ἐπι- D κράτησιν αὐτῷ τε καὶ Γότθοις πορίζεσθαι. ἄμεινον γάρ οἱ εἶναι, ἄλλως τε καὶ ἐπ᾽ ἀξίωμα βουλῆς ἥκοντι, τύραννον βιασαμένῳ Ῥωμαίων τε καὶ Ἰταλιωτῶν ἄρχειν ἁπάντων ἢ βασιλεῖ διαμαχομένῳ ἐς τόσον κινδύνου ἰέναι. Θευδέριχος δὲ ἡσθεὶς τῇ ὑποθήκῃ ἐς Ἰταλίαν ᾔει, καὶ αὐτῷ ὁ τῶν Γότθων λεὼς εἵπετο, παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἐν ταῖς ἁμάξαις ἐνθέμενοι καὶ τὰ ἔπιπλα ὅσα φέρειν οἷοί τε ἦσαν. ἐπειδή τε κόλπου ἄγχιστα τοῦ Ἰονίου ἐγένοντο, διαπορθμεύεσθαι, νηῶν σφίσιν οὐ παρουσῶν, ἥκιστα εἶχον· περιιόντες δὲ τὴν τοῦ κόλπου περίοδον πρόσω ἐχώρουν διά τε

1. οἷς αὐτός] ὃς αὐτοῖς Grotius. 2. τὴν] τε L. τὲ καὶ H: τὴν Hm. 4. βιοτεύειν L corr. βιωτεύειν P. ibid. εἴασε L. εἴασεν P. 12. ἐς χεῖρας] εἰς χεῖρας L. 17. ᾔει LHm. ἥκει P. 18. ἔπιπλα] ἐπίπλα L. 21. περιιόντες] περιόντες L.

rum opera principatum consequeretur, se voti compotes facturum recepit. Qua via arrepta tyrannide, Imperatori nihil praeterea mali intulit, vivere privatum sinens; tertiaque agrorum parte concessa Barbaris, eos sibi devinxit penitus, ac tyrannidem per annos decem firmavit.

Sub idem tempus Gotthi, qui Imperatoris permissu Thraciam incolebant, in Romanos rebellavere, duce Theoderico, qui vir erat Patricius, et Byzantii sellam Consularem ascenderat. At Zeno Aug. rationem optimam e re nata inire callens, Theoderico suasit, ut Italiam peteret, et, cum Odoacro collata manu, sibi Gotthisque Imperium Occidentis pararet: cum esset convenientius, praesertim Senatori, tyrannum exigere, et Romanis atque Italis praeesse omnibus, quam armis cum Imperatore contendere, et in tantum venire discrimen. Eo delectatus consilio Theodericus, in Italiam proficiscitur. Gotthi se comites adiunxerunt, parvulis foeminisque in plaustra impositis cum supellectili, quantacunque deferri potuit. Ubi ventum est ad sinum Ionium, quoniam traiicere nequibant, defecti navibus, illum circumeundo, per Taulantiorum aliorumque eius

Ταυλαντίων καὶ τῶν ταύτῃ ἐθνῶν. τούτοις δὲ οἱ ἀμφὶ Ὀδόα- P 309 κρον ὑπαντιάσαντες μάχαις τε ἡσσηθέντες πολλαῖς ἔν τε Ῥαβέννῃ σὺν τῷ ἡγεμόνι σφᾶς αὐτοὺς εἶρξαν καὶ ἐν τοῖς μάλιστα τῶν ἄλλων χωρίων ἰσχυροῖς οὖσι. καθεστηκότες δὲ ἐς πολιορκίαν οἱ Γότθοι τὰ μὲν ἄλλα χωρία ξύμπαντα τρόπῳ δὴ ὅτῳ ἑκάστῳ τε- H 166 τύχηκεν εἷλον, Καισήναν δὲ τὸ φρούριον, ὅπερ σταδίοις τριακοσίοις Ῥαβέννης διέχει, Ῥάβενναν τε αὐτήν, ἔνθα καὶ Ὀδόακρον συμπέπτωκεν εἶναι, οὔτε ὁμολογίᾳ οὔτε βίᾳ ἑλεῖν ἴσχυον. Ῥάβεννα γὰρ αὕτη ἐν πεδίῳ μὲν κεῖται ὑπτίῳ, ἐς τοῦ Ἰονίου κόλ- B που τὰ ἔσχατα, δυοῖν σταδίοιν διειργομένη μέτρῳ τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι, οὐκ εὐέφοδος δὲ οὔτε ναυσὶν οὔτε πεζῶν στρατῷ φαίνεται οὖσα. αἵ τε γὰρ νῆες καταίρειν ἐς τὴν ἐκείνῃ ἀκτὴν ἥκιστα ἔχουσιν, ἐπεὶ αὐτῇ ἡ θάλασσα ἐμπόδιός ἐστι βράχος ποιουμένη οὐχ ἧσσον ἢ κατὰ σταδίους τριάκοντα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ τὴν ᾐόνα ταύτην, καίπερ τοῖς πλέουσιν ἄγχιστα ὁρωμένην, τῇ τοῦ βράχους περιουσίᾳ ἑκαστάτω ξυμβαίνει εἶναι, καὶ τῷ πεζῷ στρατῷ ἐσβατὴ οὐδαμῇ γίγνεται. Πάδος τε γὰρ ὁ ποταμός, ὃν καὶ Ἠριδανὸν καλοῦσιν, ἐξ ὀρέων τῶν Κελτικῶν ταύτῃ φερόμενος καὶ ποταμοὶ ἄλλοι ναυσίποροι ξὺν λίμναις τισὶ πανταχόθεν C αὐτὴν περιβάλλοντες ἀμφίρρυτον ποιοῦσι τὴν πόλιν. ἐνταῦθα

1. Ταυλαντίων P ex Reg. et Hoeschelius ex Strabone VII. p. 326. Ταλαντίων LHm. ταλαντίων H. *Taulantiorum* Pers. 2. μάχαις] μάχῃ L: illud Lm. *ibid.* Ῥαβέννῃ] ῥαβένῃ L. 4. ἐς] εἰς L. 6. Καισῆναν Pm. *Caesenam* Pers. κισίναν HP. 10. δυοῖν] δυεῖν L. 13. αὐτῇ] αὐ[illegible] L. 15. τὴν add. L. *ibid.* ᾐόνα] ἠϊόνα P.

accolarum oras progressi sunt. Ipsis factae obviam Odoacri copiae, et multis fusae congressibus, cum suo Principe Ravennae se commiserunt, aliisque munitissimis locis: quae Gotthi cum obsedissent, pleraque variis, prout cuiusque sors tulit, cepere modis: Caesenam autem castellum, Ravenna stadiis ccc. dissitum, necnon Ravennam ipsam, ubi erat Odoacer, in potestatem suam nec vi, nec deditione redigere valuerunt. Est enim Ravenna plano in campo posita ad extremum sinum Ionium; a quo stadiis duobus distat. Neque enim maritima est, nec videtur adiri classibus facile posse, immo nec pedestribus copiis. Quippe naves ad littus illud appelli nequeunt, prohibitae brevibus, quae in mare ad xxx. saltem procurrunt stadia, ac circuitu suo longissime eos ipsos a littore summovent, qui illud habent in conspectu proxime navigantes. Pedestrem vero exercitum excludunt aquae, quibus Padus amnis, quem et Eridanum vocant, e montibus Gallicis eo decurrens, aliique fluvii, navigabiles, et lacus, urbem illam undique ambiunt. Ibi quotidie quiddam fit, sane permirum. Diluculo mare, in morem fluminis, tanto spatio, quantum expeditus viator uno die conficiat, in terram effundit sese, et naves patitur

γίγνεταί τι ἐς ἡμέραν ἑκάστην θαυμάσιον οἷον. ἡ θάλασσα πρωῒ
ποιουμένη σχῆμα ποταμοῦ ἡμέρας ὁδὸν εὐζώνῳ ἀνδρὶ ἐς γῆν ἀνα-
βαίνει καὶ πλόϊμον αὐτὴν παρεχομένη ἐν μέσῃ ἠπείρῳ, αὖθις
ἀναλύουσα τὸν πορθμὸν, ἀναστρέφει ἀμφὶ δείλην ὀψίαν, καὶ
ἐφ' αὑτὴν ξυνάγει τὸ ῥεῦμα. ὅσοι οὖν ἐς τὴν πόλιν ἐσκομίζειν
τὰ ἐπιτήδεια ἢ ἐνθένδε ἐκφέρειν κατ' ἐμπορίαν ἢ κατ' ἄλλην
ἔχουσιν αἰτίαν, τὰ φορτία ἐν τοῖς πλοίοις ἐνθέμενοι, κατασπά-
σαντές τε αὐτὰ ἐν τῷ χωρίῳ οὗ δὴ ὁ πορθμὸς γίνεσθαι εἴωθε,
προσδέχονται τὴν ἐπιρροήν. καὶ ἐπειδὰν αὕτη ἀφίκηται, τά τε
πλοῖα κατὰ βραχὺ ἐκ γῆς ἐπαιρόμενα πλεῖ καὶ οἱ ἀμφὶ ναύτας ἔρ- D
γον ἐχόμενοι ναυτίλλονται ἤδη. καὶ τοῦτο οὐκ ἐνταῦθα μόνον,
ἀλλ' εἰς ἅπασαν τὴν ἐκείνῃ ἀκτὴν ἐς ἀεὶ γίγνεται, ἄχρι ἐς Ἀκυ-
ληίαν πόλιν. οὐ μέντοι κατὰ ταὐτὰ ἐς τὸν ἅπαντα χρόνον γίνε- V 3
σθαι εἴωθεν, ἀλλ' ἡνίκα μὲν βραχὺ φαίνεται τὸ τῆς σελήνης
φῶς, οὐδὲ ἡ τῆς θαλάσσης πρόοδος ἰσχυρὰ γίνεται, μετὰ δὲ
τὴν πρώτην διχότομον ἄχρι ἐς τὴν ἑτέραν καρτερὰ μᾶλλον ἡ
ἐπιρροὴ γίνεσθαι πέφυκε. ταῦτα μὲν οὖν ὧδέ πη ἔχει.

Ἐπεὶ δὲ τρίτον ἔτος Γότθοις τε καὶ Θευδερίχῳ Ῥάβενναν
πολιορκοῦσιν ἐτέτριπτο ἤδη, οἵ τε Γότθοι ἀχθόμενοι τῇ προσε-
δρείᾳ καὶ οἱ ἀμφὶ Ὀδόακρον πιεζόμενοι τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπο-
ρίᾳ, ὑπὸ διαλλακτῇ τῷ Ῥαβέννης ἱερεῖ ἐς λόγους ἀλλήλοις ξυνία-
σιν, ἐφ' ᾧ Θευδέριχός τε καὶ Ὀδόακρος ἐν Ῥαβέννῃ ἐπὶ τῇ ἴσῃ P 310

8. γίνεσθαι εἴωθε (εἴωθεν P)] εἴωθε γίνεσθαι L. 11. ναυτίλλονται] ναυτίλονται H. 12. ἐκείνῃ] ἐκείνης HL. 13. γίνεσθαι L. γίγνεσθαι P. 16. ἐς τὴν] εἰς τὴν L. 19. ἀχθόμενοι] ἐχθόμενοι H.

in media continente. Vesperi traiectum, quem dedit, aufert, atque, aestu reciprocante, ad se undas reducit. Itaque quicunque res, vitae usibus accommodatas, in urbem commercii gratia aliamve ob causam inferre volunt, vel inde evehere, impositis mercibus in navigia, hisque eum in locum tractis, unde transmitti solet, accessum maris expectant. Affluente aestu, humo sensim sublatae naves feruntur, et nautae, admota iam operi manu, navigant. Quod non hic solum, sed in toto illo etiam littore ad urbem usque Aquileiam continenter fit, haud tamen semper pari modo ac ratione. Cum enim Luna minus iubar terris ostendit, tunc mitius exundat mare: at ex quo Luna medium implevit orbem, donec decrescens aequa iterum portione divisa fuerit, aestus magis fervere solet. Sed de his hactenus.

Iam annos tres Theodericus et Gotthi Ravennam circumsederant frustra, cum hinc Gotthos obsidionis taedium, inde Odoacri defensores penuria cibariorum ad hanc perpulit pactionem, cuius conciliator fuit Antistes Ravennae; ut in ea urbe Theodericus atque Odoacer ex aequo

καὶ ὁμοίᾳ διαίτῃ ἕξουσι. καὶ χρόνον μέν τινα διεσώσαντο τὰ ξυγκείμενα, μετὰ δὲ Θευδέριχος Ὀδόακρον λαβὼν, ὥς φασιν, ἐπιβουλῇ ἐς αὐτὸν χρώμενον, τρόπῳ τε δολερῷ ἐπὶ θοίνην καλέσας ἔκτεινε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ βαρβάρων τῶν πολεμίων προσποιησάμενος ὅσους περιεῖναι ξυνέπεσεν αὐτὸς ἔσχε τὸ Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν κράτος. καὶ βασιλέως μὲν τοῦ Ῥωμαίων οὔτε τοῦ σχήματος οὔτε τοῦ ὀνόματος ἐπιβατεῦσαι ἠξίωσεν, ἀλλὰ ῥὴξ τε διεβίω καλούμενος (οὕτω γὰρ σφῶν τοὺς ἡγεμόνας οἱ βάρβαροι
B καλεῖν νενομίκασι), τῶν μέντοι κατηκόων τῶν αὐτοῦ προὔστη ξύμπαντα περιβαλλόμενος ὅσα τῷ φύσει βασιλεῖ ἥρμοσται. δικαιοσύνης τε γὰρ ὑπερφυῶς ἐπεμελήσατο καὶ τοὺς νόμους ἐν τῷ βεβαίῳ διεσώσατο, ἔκ τε βαρβάρων τῶν περιοίκων ἀσφαλῶς τὴν χώραν διεφύλαξε, ξυνέσεώς τε καὶ ἀνδρείας ἐς ἄκρον ἐληλύθει ὡς μάλιστα. καὶ ἀδίκημα σχεδόν τι οὐδὲν οὔτε αὐτὸς ἐς τοὺς ἀρχομένους εἰργάζετο οὔτε τῳ ἄλλῳ τὰ τοιαῦτα ἐγκεχειρηκότι ἐπέτρεπε, πλήν γε δὴ ὅτι τῶν χωρίων τὴν μοῖραν ἐν σφίσιν αὐτοῖς
C Γότθοι ἐνείμαντο, ἅπερ Ὀδόακρος τοῖς στασιώταις τοῖς αὐτοῦ ἔδωκεν. ἦν τε ὁ Θευδέριχος λόγῳ μὲν τύραννος, ἔργῳ δὲ βασιλεὺς ἀληθής, τῶν ἐν ταύτῃ τῇ τιμῇ ἐξ ἀρχῆς ηὐδοκιμηκότων

10. τῷ φύσει βασιλεῖ Suidas s. v. Θευδέριχος. Legebatur τῶν φύσει βασιλέων. 12. περιοίκων] περιοικούντων Suidas. 13. ξυνέσεώς τε] γὰρ add. Suidas. *ibid.* ἐς] εἰς Suidas. *ibid.* ἐληλύθει] ἐλήλυθεν Suidas. 14. ἀδίκημα] δίκη μὴ HL: illud Scaliger cum Suida. *ibid.* ἐς τοὺς] εἰς τοὺς Suidas. 15. τὰ τοιαῦτα Suidas. Aberat τά. *ibid.* ἐγκεχειρηκότι Scaliger cum Suida. Libri ἐγκεχωρηκότι. 17. Γότθοι] γότθοις H. *ibid.* ἅπερ] οὔπερ HL. ὧνπερ Scaliger. ἥνπερ Classenus. 19. ηὐδοκιμηκότων Suidas. Vulgo εὐδοκιμηκότων.

viverent. Aliquandiu quidem mansere pacta: postea vero Theodericus, detecta, ut perhibent, fraude, quam Odoacer ipsi struebat, eum dolose ad epulas invitatum occidit. Exin Barbaris hostibus, quicunque supererant, ad se pellectis, in sua ditione Gotthos atque Italos habuit. Ac licet Romani Imperatoris nec insignia, nec nomen usurpare voluerit, sed vixerit contentus Regis appellatione, qua Barbari supremos Principes suos donare consuerunt, tamen subditis ita praefuit, ut ipsi nihil defuerit eorum, quae sunt Augustorum moribus consentanea. Nam et iustitiae cultor fuit eximius, et auctoritatis legum assertor. Provincias suas a vicinis Barbaris intactas custodiit, ad apicem provectus non prudentiae modo, verum etiam fortitudinis. Nulla fere iniuria subditos affecit ipse, neque ulli, qui talia admisisset, indulsit; nisi quod partem agrorum, quos Odoacer factioni suae concesserat, inter se Gotthi diviserunt. Verbo tyrannus fuit Theodericus, re ipsa verus Imperator, eorum nemini postponendus, qui ab ortu Imperii in illo honoris gradu excelluerunt.

οὐδενὸς ἧσσον, ἔρως τε αὐτοῦ ἔν τε Γότθοις καὶ Ἰταλιώταις πολὺς ἤκμασε, καὶ ταῦτα καὶ ἄπο τοῦ ἀνθρωπείου τρόπου. ἑτέρων γὰρ ἕτερα ἐν ταῖς πολιτείαις ἀεὶ αἱρουμένων τὴν ἐφεστῶσαν ἀρχὴν ξυμβαίνει ἀρέσκειν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα οἷς ἂν ἐν ἡδονῇ τὰ πρασσόμενα ᾖ, λυπεῖν δὲ, ἣν τῆς γνώμης ἀπ' ἐναντίας χωρήσειεν. ἔτη δὲ ἐπιβιοὺς ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἐτελεύτησε, φοβερὸς μὲν τοῖς πολεμίοις γεγονὼς ἅπασι, πόθον δὲ αὑτοῦ πολύν H 167
τινα ἐς τοὺς ὑπηκόους ἀπολιπών. ἐτελεύτησε δὲ τρόπῳ τοιῷδε. D

Σύμμαχος καὶ Βοέτιος, ὁ τούτου γαμβρὸς, εὐπατρίδαι μὲν τὸ ἀνέκαθεν ἤστην, πρώτω δὲ βουλῆς τῆς Ῥωμαίων καὶ ὑπάτω ἐγεγέσθην. ὕμφω τε φιλοσοφίαν ἀσκήσαντε καὶ δικαιοσύνης ἐπιμελησαμένω οὐδενὸς ἧσσον, πολλοῖς τε ἀστῶν καὶ ξένων χρήμασι τὴν ἀπορίαν ἰασαμένω καὶ δόξης ἐπὶ μέγα χωρήσαντε ἄνδρας ἐς φθόνον τοὺς πικροτάτους ἐπηγαγέτην. οἷς δὴ συκοφαντοῦσι Θευδέριχος ἀναπεισθεὶς, ἅτε νεωτέροις πράγμασιν ἐγχειροῦντας, τὼ ἄνδρε τούτω ἔκτεινε καὶ τὰ χρήματα ἐς τὸ δημόσιον ἀνάγραπτα ἐποιήσατο. δειπνοῦντι δέ οἱ ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον ἰχθύος μεγάλου κεφαλὴν οἱ θεράποντες παρετίθεσαν. αὕτη Θευδερίχῳ ἔδοξε κεφαλὴ Συμμάχου νεοσφαγοῦς εἶναι. καὶ τοῖς μὲν ὀδοῦσιν ἐς χεῖλος τὸ κάτω ἐμπεπηγόσι, τοῖς δὲ ὀφθαλ- P 311
μοῖς βλοσυρόν τι καὶ μανικὸν ὁρῶσιν, ἀπειλοῦντί οἱ ἐπὶ πλεῖστον

1. ἧσσον] ἥσσων Suidas. 2. ἄπο] ἀπὸ P. 3. ἕτερα] ἕτεροι H et L a pr. m. ἕτερα ab Scaligero est. 7. αὑτοῦ L corr. Vulgo αὐτοῦ. 12. ἀστῶν Grotius. Libri αὐτῶν. *civium* Pers. Maltretus πολλοῖς τε αὐτῶν in πολιτῶν τε mutavit. 14. δὴ om. L.

Illum Itali iuxta ac Gotthi amabant plurimum, contra humani morem ingenii. Nam cum in rerum administratione civilium alius aliud optare soleat, qui cum potestate est, continuo quidem placet quibus, quae agit, iucunda accidunt, ac illis displicet, quorum votis adversatur. Cum superstes annos XXXVII. fuisset, hostibusque omnibus formidabilis, ex vita discessit, magnum sui desiderium relinquens subditis. Sic autem illius obitus contigit.

Symmachus, eiusque gener Boëtius, nobilissimo loco nati, iidemque viri Consulares, in Senatu eminebant. A Philosophia nemo illis erat instructior, nemo studiosior aequitatis. Accedebat benignitas, qua inopiam cum civium tum peregrinorum levabant. Hinc magnam adepti gloriam, sibi invidiam cumularunt apud homines acerbissimos: quorum calumniis inductus Theodericus, ambos studii novarum rerum insimulatos morte affecit, eorumque bona publicavit. Paucis post diebus coenanti ipsi, cum piscis grandioris caput ministri apposuissent, visum est id Symmach caput esse, recens obtruncati: quod dentibus inferiori labro impressis, et oculis torve truculenterque tuentibus, graviter minantis haberet spe-

ἐῴκει. περιδεὴς δὲ τοῦ τέρατος τῷ ὑπερβάλλοντι γεγονὼς καὶ ῥιγώσας ἐκτόπως ἐς κοίτην τὴν αὑτοῦ ἀπεχώρησε δρόμῳ, τριβώνιά τε πολλά οἱ ἐπιθεῖναι κελεύσας ἡσύχαζε. μετὰ δὲ ἅπαντα ἐς Ἐλπίδιον τὸν ἰατρὸν τὰ ξυμπεσόντα ἐξενεγκὼν τὴν ἐς Σύμμαχόν τε καὶ Βοέτιον ἁμαρτάδα ἔκλαιεν. ἀποκλαύσας δὲ καὶ περιαλγήσας τῇ συμφορᾷ οὐ πολλῷ ὕστερον ἐτελεύτησεν, ἀδίκημα
B τοῦτο πρῶτον καὶ τελευταῖον ἐς τοὺς ὑπηκόους τοὺς αὑτοῦ δράσας, ὅτι δὴ οὐ διερευνησάμενος, ὥσπερ εἰώθει, τὴν περὶ τοῖν ἀνδροῖν γνῶσιν ἤνεγκε.

V 4 β'. Τελευτήσαντός τε αὐτοῦ παρέλαβε τὴν βασιλείαν Ἀτα-
C λάριχος, ὁ Θευδερίχου θυγατριδοῦς, ὀκτὼ γεγονὼς ἔτη καὶ ὑπὸ τῇ μητρὶ Ἀμαλασούνθῃ τρεφόμενος. ὁ γάρ οἱ πατὴρ ἤδη ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο. χρόνῳ τε οὐ πολλῷ ὕστερον Ἰουστινιανὸς ἐν Βυζαντίῳ τὴν βασιλείαν παρέλαβεν. Ἀμαλασοῦνθα δέ, ἅτε τοῦ παιδὸς ἐπίτροπος οὖσα, τὴν ἀρχὴν διῳκεῖτο, ξυνέσεως μὲν καὶ δικαιοσύνης ἐπὶ πλεῖστον ἐλθοῦσα, τῆς δὲ φύσεως ἐς ἄγαν τὸ ἀρρενωπὸν ἐνδεικνυμένη. ὅσον τε χρόνον τῆς πολιτείας προὔστη, οὐδένα τῶν πάντων Ῥωμαίων ἐς τὸ σῶμα ἐκόλασεν ἢ χρήμασιν ἐζημίωσεν. οὐ μὴν οὐδὲ Γότθοις ξυνεχώρησεν ἐς τὴν ἐκείνων ἀδικίαν ὀργῶσιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς Συμμάχου τε καὶ Βοετίου παισὶ τὴν οὐσίαν ἀπέδωκεν. ἡ μὲν οὖν Ἀμαλασοῦνθα τὸν

4. ἐς Ἐλπ.] εἰς ἐλπ. L. 7. αὐτοῦ L corr. Vulgo αὑτοῦ. 10. Ἀταλάριχος] ἀτάριχος L hic, ut alibi: illud Lm. 14. ἀμαλασοῦνθα L. Ἀμαλασούνθα P constanter. 17. ἐνδεικνυμένη] ἐπιδεικνυμένη Suidas s. v. Ἀμαλασοῦνθα. ibid. πολιτείας] πόλεως Suidas. 20. τε καὶ] τε om. L.

ciem. Ingenti prodigio territus, rigensque frigore extra modum, ad cubile properat, complures imponi sibi lacernas iubet, ac sub iis tenet sese: deinde exposita rei serie Elpidio medico, commissum in Symmachum ac Boëtium scelus deflevit. Id lamentatus, et animi dolore pressus, quem calamitas afferebat, paulo post obiit. In subditos haec prima fuit eademque postrema eius iniuria; quam fecit, in utrumque virum sententiam ferens, causa, praeter consuetudinem, non cognita diligenter.

2. Mortuo Theoderico, in regnum successit eius ex filia nepos Atalaricus; qui annos tum octo natus, et orbus patre, ab Amalasuntha matre educabatur: nec multo post Byzantii Iustinianus Imperium suscepit. Administrabat regnum Amalasuntha, quippe quae filii tutelam gereret, prudentia pollens, aequi servantissima, ac virilem supra modum animum ostendens. Quandiu rem tractavit publicam, nec poena corporis, nec mulcta Romanorum quemquam mulctavit: iniquam nocendi ipsis cupidinem, qua ardebant Gotthi, repressit: Symmachi ac Boëtii liberos in paterna bona restituit. Filium autem ad Romanorum principum vitam

παῖδα ἐβούλετο τοῖς Ῥωμαίων ἄρχουσι τὰ ἐς τὴν δίαιταν ὁμότροπον καταστήσασθαι καὶ φοιτᾶν ἐς γραμματιστοῦ ἤδη ἠνάγκαζε. D *τρεῖς τε ἀπολεξαμένη τῶν ἐν Γότθοις γερόντων, οὕσπερ ἠπίστατο μᾶλλον ἁπάντων ξυνετούς τε καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι, ξυνδιαιτᾶσθαι Ἀταλαρίχῳ ἐκέλευε. Γότθοις δὲ ταῦτα οὐδαμῇ ἤρεσκε. τῇ γὰρ ἐς τοὺς ὑπηκόους ἀδικίας ἐπιθυμίᾳ βαρβαρικώτερον πρὸς αὐτοῦ ἄγεσθαι ἤθελον. καί ποτε ἡ μὲν μήτηρ ἁμαρτάνοντά τι ἐν τῷ κοιτῶνι τὸν παῖδα λαβοῦσα ἐρράπισε, καὶ ὃς δεδακρυμένος ἐς τὴν ἀνδρωνῖτιν ἐνθένδε ἀπῆλθε. Γότθοι δὲ αὐτῷ ἐντυχόντες δεινὰ ἐποιοῦντο καὶ τῇ Ἀμαλασούνθῃ λοιδορούμενοι ἰσχυρίζοντο βούλεσθαι αὐτὴν τὸν παῖδα ἐξ ἀνθρώπων ἀφανιεῖν ὅτι* P 312 *τάχιστα, ὅπως αὐτὴ ἑτέρῳ ἀνδρὶ ἐς κοίτην ἐλθοῦσα Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν ξὺν αὐτῷ ἄρχοι. ξυλλεγέντες τε, ὅσοι δὴ ἐν αὐτοῖς λόγιμοι ἦσαν καὶ παρὰ τὴν Ἀμαλασοῦνθαν ἐλθόντες ᾐτιῶντο οὐκ ὀρθῶς σφίσιν οὐδὲ ᾗ ξυμφέρει τὸν βασιλέα παιδεύεσθαι. γράμματά τε γὰρ παρὰ πολὺ κεχωρίσθαι ἀνδρείας καὶ διδασκαλίας γερόντων ἀνθρώπων ἐς τὸ δειλὸν καὶ τὸ ταπεινὸν ἀποκρίνεσθαι ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον. δεῖν τοίνυν τὸν ἔν τινι ἔργῳ τολμητήν τε καὶ δόξῃ μέγαν ἐσόμενον φόβου τοῦ ἐκ διδασκάλων ἀπαλλαγέντα τὰς*

5. *ἐκέλευε*] *ἐκέλευσε* Suidas. *ibid.* *δὲ* addidi ex Suida. 6. *ὑπηκόους*] *ἐπηκόους* L. 7. *ἄγεσθαι*] *ἄρχεσθαι* Suidas. *ibid.* *μὲν* om. Suidas. 9. *τὴν ἀνδρωνῖτιν* Reg. et Suidas. *τὴν ἀνδρωνίτιδα* P. *τὸν ἀνδρωνίτην* HL. 11. *βούλεσθαι*] *γε* add. Suidas. 13. *ἐν* om. L. 15. *οὐδὲ ᾗ* P cum Scaligero. *οὐδέει* HL. *οὐδέ οἱ* Suidas. 15. *ξυμφέρει τὸν βασιλέα*] *τὸν βασιλέα ξυμφέρει* HL. *ξυμφέρει* om. Suidas. 16. *παρὰ* om. Suidas. *ibid.* *κεχωρίσθαι* Suidas. *κεχώρισται* P. *ibid.* *ἀνδρείας*] *ἀνδρίας* Suidas. *ibid.* *διδασκαλίας* Suidas. *διδασκαλία* P. 17. *ἐς τὸ*] *ἔς τε* Suidas. *ibid.* *ἀποκρίνεσθαι* Suidas. *ἀποκρίνεται* P.

et mores institui voluit, adegitque ludum literarium frequentare. Eumdem ad tres viros applicuit, e senibus Gotthis delectos, quos omnium intelligentissimos noverat. Haec Gotthis minime placebant, more magis barbaro gubernari volentibus ab Atalarico, quo licentius iniurias imponerent subditis. Aliquando mater, cum in cubiculo peccantem aliquid deprehendisset, colaphum illi infregit: is vero flens, se inde proripuit in andronitidem. Tum Gotthi, in quos incidit, excandescere, in Amalasuntham convitia iacere, et affirmare eo spectare eius consilia, ut morte quamprimum deleret filium, et alteri viro nupta, cum eo Gotthis atque Italis imperaret. Subinde collecti spectatissimi quique, Amalasuntham adeunt, et queruntur, nec honeste Regem, nec commode sibi educari: literas a fortitudine longe esse disiunctas, traditamque a senibus institutionem in timiditatem et animi humilitatem plerumque verti: itaque oportere, ut in re bellica futurus animosus gloriaque insignis, amoto docto-

B ἐν τοῖς ὅπλοις μελέτας ποιεῖσθαι. ἔλεγον δὲ ὡς οὐδὲ Θευδέριχός
ποτε Γότθων τινὰς τοὺς παῖδας ἐς γραμματιστοῦ πέμπειν ἐῴη.
λέγειν γὰρ ἅπασιν ὡς, ἤνπερ αὐτοῖς τὸ ἀπὸ τοῦ σκύτους ἐπι-
γένηται δέος, οὐ μήποτε ξίφους ἢ δορατίου ὑπερφρονεῖν ἀξιώ-
σουσιν. ἐννοεῖν τε αὐτὴν ἐδικαίουν ὡς ἄρα οἱ Θευδέριχος χώ-
ρας τε τοσαύτης κύριος γεγονὼς καὶ βασιλείαν οὐδαμόθεν αὐτῷ
προσήκουσαν περιβαλλόμενος τελευτήσειε, καίπερ περὶ γραμμά-
των οὐδὲ ὅσον ἀκοὴν ἔχων. οὐκοῦν, ὦ δέσποινα, ἔφασαν, παι-
δαγωγοὺς μὲν τούτους χαίρειν τανῦν ἔα, σὺ δὲ Ἀταλαρίχῳ ὁμο-
C διαίτους ἥλικάς τινας δίδου, οἵπερ αὐτῷ τὰ ἐς τὴν ἡλικίαν ξυν-
ακμάζοντες ἐς τὴν ἀρχὴν κατά γε τὸν βάρβαρον νόμον ὁρμή-
σουσι.

H 168 Ταῦτα ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἀμαλασοῦνθα, οὐκ ἐπῄνεσε μέν,
δείσασα δὲ τὴν τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλὴν δόκησίν τε παρείχετο
ὡς πρὸς ἡδονῆς αὐτῇ οἱ λόγοι ἐγένοντο, καὶ ξυνεχώρει ἅπαντα
ὅσων οἱ βάρβαροι αὐτῆς ἔχρῃζον. τῶν τε γερόντων Ἀταλάριχον
ἐκλελοιπότων παῖδες αὐτῷ τινες ξυνῆσαν κοινωνοὶ τῆς διαίτης
ἐσόμενοι, οὔπω μὲν ἡβηκότες, χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ προτερεύον-
τες, οἵπερ αὐτόν, ἐπειδὴ τάχιστα ἐς ἥβην ἦλθεν, ἔς τε μέθην
D καὶ γυναικῶν μίξεις παρακαλοῦντες, κακοήθη τε διαφερόντως
εἶναι καὶ τῇ μητρὶ ὑπὸ ἀβελτερίας ἀπειθέστερον κατεστήσαντο.

3. ἦν] ἂν Suidas. 4. ξίφους] ξίφει HL: illud Hm. 7. καίπερ Pm et Scaliger. Vulgo καί. 9. τανῦν om. Suidas. ibid. ὁμοδιαίτους] παῖδας ὁμοδιαίτους Suidas. 10. αὐτῷ] αὐτὸν Suidas. 11. ἀρχὴν] ἀρετὴν Suidas. 13. ἐπῄνεσε] ἐπένευσε Suidas. 14. τῶν ἀνθρώπων] ἐξ αὐτῶν Suidas. ibid. ἐπιβουλὴν] βουλὴν L. 21. ἀβελτερίας] Vulgo ἀβελτηρίας.

rum metu, armis exerceatur. Theodericum allegant, nunquam passum Gotthorum liberos ad ludi magistros mitti; cum diceret omnibus, eos nunquam hastam aut gladium despecturos mente intrepida, si scuticam tremuissent. Subiiciunt debere ipsam reputare cum animo, ereptum sibi fato Theodericum, postquam tot potitus provinciis, regnumque alienum adeptus esset; quamvis literas ne tantillum quidem auribus admisisset. *Ergo*, inquiunt, *hos, domina, paedagogos in praesens valere iube, et Atalarico convictores aliquot aequales adhibe, qui aetate cum ipso florentes, ad generose et more Barbaro regnandum impellant.*

Quae cum audisset Amalasuntha, etsi parum probabat, tamen verita ne quid Barbari moverent, sibi, quae dixissent, grata accidere simulavit, et quidquid postulabant, concessit. Amotis ab Atalarici latere senibus, aggregantur in ipsius convictum pueri nondum puberes, nec longe aetate eum praecurrentes. Simul ut pubertatem attigit, eorum impulsu praeceps in temulentiam et foeminarum concubitus, evasit insigniter nequam, atque in matrem cum tanta vecordia contumax, ut de illa nil laboraret;

ὥστε οὐδὲ μεταποιεῖσθαι αὐτῆς τὸ παράπαν ἠξίου, καίπερ τῶν βαρβάρων ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐπ' αὐτὴν ἤδη ξυνισταμένων, οἵ γε καὶ τῶν βασιλείων ἀναχωρεῖν τὴν ἄνθρωπον ἀνέδην ἐκέλευον. V 5 Ἀμαλασοῦνθα δὲ οὔτε κατωρρώδησε τὴν τῶν Γότθων ἐπιβουλὴν οὔτε οἷα γυνὴ ἐμαλακίσθη, ἀλλ' ἔτι τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα ἐνδεικνυμένη, τρεῖς ἀπολέξασα τοὺς ἐν τοῖς βαρβάροις λογιμωτάτους τε καὶ αὐτῇ αἰτιωτάτους τῆς στάσεως, ἐκέλευεν ἐς τὰς τῆς Ἰταλίας ἐσχατιὰς ἰέναι, οὐχ ἅμα μέντοι, ἀλλ' ὡς πορρωτάτω ἀλλήλων· τῷ δὲ λόγῳ ἐστέλλοντο, ἐφ' ᾧ τὴν χώραν φυλάξουσιν ἐκ τῆς τῶν πολεμίων ἐφόδου. ἀλλ' οὐδέν τι ἧσσον οἱ ἄνδρες οὗτοι διά τε τῶν φίλων καὶ τῶν ξυγγενῶν ξυνῄεσαν, καίπερ μακρὰν ὁδὸν πορευόμενοι ἐς αὐτοὺς ἅπαντες, καὶ Ἀμαλασοῦνθῃ τὰ ἐς τὴν ἐπιβουλὴν ἐξηρτύοντο. ἅπερ οὐκέτι φέρειν ἡ γυνὴ οἵα τε P 313 οὖσα ἐπενόει τοιάδε. πέμψασα ἐς Βυζάντιον Ἰουστινιανοῦ βασιλέως ἀνεπυνθάνετο εἴπερ αὐτῷ βουλομένῳ εἴη Ἀμαλασοῦνθαν τὴν Θευδερίχου παρ' αὐτὸν ἥκειν. βούλεσθαι γὰρ αὐτὴν ἐξ Ἰταλίας ἀπαλλάσσεσθαι ὅτι τάχιστα. βασιλεύς τε τῷ λόγῳ ἡσθεὶς ἐλθεῖν τε τὴν γυναῖκα ἐκέλευε καὶ τὸν ἐν Ἐπιδάμνῳ οἶκον τὸν κάλλιστον ἐν παρασκευῇ ἐπέστελλε γενέσθαι, εἰς ὅνπερ ἐπειδὰν Ἀμαλασοῦνθα ἴοι, καταλύοι τε αὐτόσε, καὶ χρόνον διατρίψασα ὅσον ἂν αὐτῇ βουλομένῃ εἴη, οὕτω δὴ κομίζεται ἐς Βυζάντιον. ταῦτα ἐπεὶ Ἀμαλασοῦνθα ἔγνω, ἄνδρας ἀπολέξασα B

3. ἀνέδην] ἀναίδην L. 14. οὖσα] ἦν HL: illud Hm. 18. ἐν Ἐπιδάμνῳ] ἐν om. L: habet Lm. 19. εἰς add. Scaliger. *ibid.* ὅνπερ Scaliger. Libri ὅπερ. ὥσπερ P ex Maltreti coniectura. 20. αὐτόσε] αὐτοῦ L: αὐτόσε L corr.

quamvis iam Barbari in eam aperte conspirarent, et Regia facessere impudenter iuberent. Quam Gotthorum molitionem non extimuit Amalasuntha, nec muliebriter contraxit animum; sed regiam adhuc probans auctoritatem, e Barbaris selegit tres nobilissimos, et seditionis, qua petebatur, auctores praecipuos; eosque, per causam tuendi fines ab hostium irruptione, in extremam amandavit Italiam, non simul, sed ita ut longissime inter se abessent. Nihilo hi tamen minus, amicorum et propinquorum ope, consilia communicabant, viae longinquitatem vincente internuntiorum omnium studio; et Amalasunthae perniciem parabant. Rem illa non valens ferre diutius, rationem hanc secum iniit. Byzantium misit rogatum Iustinianum Imperatorem, velletne sui adeundi potestatem facere Theoderici filiae Amalasunthae, constitutum habenti quamprimum cedere ex Italia? Quo nuntio laetus Imperator, foeminam ad se invitat, et Epidamni domum pulcherrimam parari iubet, ut, postquam Amalasuntha venerit, in ea diversetur, et inibi morata, quandiu collibitum fuerit, Byzantium petat. Certior de his facta Amalasuntha, delectis inter Got-

Γότθους, δραστηρίους τε καὶ αὐτῇ ἐς τὰ μάλιστα ἐπιτηδείους, ἔστελλεν ἐφ' ᾧ τοὺς τρεῖς ἀποκτενοῦσιν, ὧν ἄρτι ἐμνήσθην, ἅτε τῆς στάσεως αἰτιωτάτους αὐτῇ γενομένους. αὐτὴ δὲ ἄλλα τε χρήματα καὶ τετρακόσια χρυσοῦ κεντηνάρια ἐν νηὶ μιᾷ ἐνθεμένη, ἐς ταύτην τε ἐμβιβάσασα τῶν εὐπιστοτάτων τινάς, πλεῖν μὲν ἐκέλευσεν εἰς Ἐπίδαμνον, ἀφικομένους δὲ ὁρμίζεσθαι μὲν ἐν τῷ ταύτης λιμένι, τῶν δὲ φορτίων, ἕως αὐτὴ ἐπιστέλλει, μηδ' ὁτιοῦν ἐκφορεῖν τῆς νεώς. ἔπρασσε δὲ ταῦτα, ὅπως, ἢν μὲν ἀπολω-
C λέναι τοὺς τρεῖς πύθηται, μένῃ τε αὐτοῦ καὶ τὴν ναῦν μεταπέμποιτο, οὐδὲν ἔτι ἔχουσα πρὸς τῶν ἐχθρῶν δέος· ἢν δὲ αὐτῶν τινα περιεῖναι ξυμβαίνῃ, οὐδεμιᾶς οἱ ἀγαθῆς ἀπολελειμμένης ἐλπίδος, πλέοι τε κατὰ τάχος καὶ ἐς γῆν τὴν βασιλέως ξὺν τοῖς χρήμασι διασώζοιτο. τοιαύτῃ μὲν γνώμῃ Ἀμαλασοῦνθα ἐς Ἐπίδαμνον τὴν ναῦν ἔστελλε, καὶ ἐπεὶ ἀφίκετο ἐς τὸν Ἐπιδαμνίων λιμένα, οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες τὰ ἐντεταλμένα ἐποίουν. ὀλίγῳ δὲ ὕστερον Ἀμαλασοῦνθα τῶν φόνων οἱ ἐξειργασμένων ἧπερ ἐβούλετο τήν τε ναῦν μετεπέμπετο καὶ μένουσα ἐπὶ Ῥαβέννης τὴν ἀρχὴν ὡς ἀσφαλέστατα ἐκρατύνετο.

D γ'. Ἦν δέ τις ἐν Γότθοις Θευδάτος ὄνομα, τῆς Θευδερίχου ἀδελφῆς Ἀμαλαφρίδης υἱός, πόρρω που ἤδη ἡλικίας ἥκων,
P 314 λόγων μὲν Λατίνων μεταλαχὼν καὶ δογμάτων Πλατωνικῶν, πο-

1. αὐτῇ] αὐτῆς L. 6. εἰς Ἐπίδαμνον] εἰς superscr. in L. ibid. μὲν om. L. 7. ἐπιστέλλει] ἐπιστέλλῃ L corr. 11. ξυμβαίνῃ L. ξυμβαίη P. 13. τοιαύτῃ μὲν] μὲν om. L. 20. Ἀμαλαφρίδης Grotius. Vulgo Ἀμαλαφρίδος. *ex sorore Amalafrede* Pers.

thos viris strenuis, sibique addictissimis, trium illorum caedem demandat, quos auctores fuisse praecipuos excitati in eam motus proxime dixi. Tum praeter alias opes, quadraginta millibus auri pondo in navem impositis, cum quibusdam e numero fidissimorum, his, ut Epidamnum navigent, imperat: eo cum pervenerint, ad portum quidem applicent; eorum vero, quae navi commissa sint, nihil exponant; donec ipsa quid fieri velit mandaverit. Ideo haec agebat, ut, si tres illos de medio sublatos resciret, non moveret se loco, et navim revocaret, secura iam ab inimicis: sin cuiquam illorum vita superesset, sibique adeo nihil bonae esset reliquum spei, celeri navigatione in Caesareae ditionis oras cum auro sese reciperet, evaderetque. Hoc Amalasuntha consilio navem Epidamnum misit: qua ad portum illius urbis appulsa, paruere mandatis, qui pecuniam servabant. Paulo post Amalasuntha, peractis ex animi sententia caedibus, quas imperaverat, navim revocavit, et Ravennae manens, sceptrum manu validissima tenuit.

3. Inter Gotthos quidam erat, nomine Theodatus, filius Amalafridae sororis Theoderici, provecta iam aetate homo, ac Latinis quidem literis et philosophia Platonis imbutus, sed rei bellicae plane rudis, sum-

λέμων δὲ ἀμελετήτως παντάπασιν ἔχων, μακράν τε ἀπολελειμμέ-
νος τοῦ δραστηρίου, ἐς μέντοι φιλοχρηματίαν δαιμονίως ἐσπου-
δακώς. οὗτος ὁ Θευδάτος πλείστων μὲν τῶν ἐν Τούσκοις χω-
ρίων κύριος ἐγεγόνει, βιαζόμενος δὲ καὶ τὰ λειπόμενα τοὺς κεκτη-
μένους ἀφαιρεῖσθαι ἐν σπουδῇ εἶχε. γείτονας γὰρ ἔχειν συμ-
φορά τις Θευδάτῳ ἐδόκει εἶναι. ταύτην αὐτῷ Ἀμαλασοῦνθα
τὴν προθυμίαν ἀναστέλλειν ἠπείγετο, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἤχθετό τε
αὐτῇ ἐς ἀεὶ καὶ χαλεπῶς εἶχεν. ἐβουλεύετο οὖν Ἰουστινιανῷ βα-
σιλεῖ Τουσκίαν ἐνδοῦναι, ἐφ' ᾧ χρήματά τε πολλὰ καὶ βουλῆς V 6
πρὸς αὐτοῦ ἀξίωμα κομισάμενος ἐν Βυζαντίῳ τὸ λοιπὸν διατρί- B
βοι. ταῦτα Θευδάτου βεβουλευμένου πρέσβεις ἐκ Βυζαντίου
παρὰ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα ἧκον, ὅ τε τῆς Ἐφέσου ἱερεὺς Ὑπά-
τιος καὶ Δημήτριος ἐκ τῶν ἐν Μακεδόσι Φιλίππων, δόξης ἕνεκεν,
ἣν Χριστιανοὶ ἐν σφίσιν αὐτοῖς ἀντιλέγουσιν ἀμφιγνοοῦντες. τὰ
δὲ ἀντιλεγόμενα ἐγὼ ἐξεπιστάμενος ὡς ἥκιστα ἐπιμνήσομαι. H 169
ἀπονοίας γὰρ μανιώδους τινὸς ἡγοῦμαι εἶναι διερευνᾶσθαι τὴν
τοῦ θεοῦ φύσιν, ὁποία ποτέ ἐστιν. ἀνθρώπῳ γὰρ οὐδὲ τὰ ἀν-
θρώπεια ἐς τὸ ἀκριβὲς, οἶμαι, καταληπτὰ, μή τοί γε δὴ τὰ ἐς
θεοῦ φύσιν ἥκοντα. ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα ἀκινδύνως σεσιωπήσθω C
μόνῳ τῷ μὴ ἀπιστῆσαι τὰ τετιμημένα. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν οὐδὲ
ἄλλο περὶ θεοῦ ὅ τι ἂν εἴποιμι ἢ ὅτι ἀγαθός τε παντάπασιν εἴη
καὶ ξύμπαντα ἐν τῇ ἐξουσίᾳ τῇ αὐτοῦ ἔχει. λεγέτω δὲ ὥσπερ γι-

9. χρήματά τε] τε χρήματα L. 13. ἐκ τῶν HL. ἐκ om. P. 14. ἀμφιγνοοῦντες] Vulgo ἀμφαγνοοῦντες. 20. μόνῳ τῷ] μόνῳ, τὸ HL. ibid. γὰρ οὐκ ἂν οὐδὲ HL. γὰρ ἂν οὐδὲν P. 21. ὅ τι] ὅτι HL. ὁτιοῦν P. 22. αὐτοῦ] Vulgo αὐτοῦ.

me ignavus, et avaritiae deditus extra modum. Hic agrorum Tusciae partem maximam cum possideret, e reliquis exturbare dominos enitebatur, genus quoddam infelicitatis esse ducens, habere vicinos. Quam hominis cupiditatem omni studio reprimebat Amalasuntha: ideoque hanc ille inexpiabili odio prosequebatur, victusque impatientia, Tusciam in Iustiniani Aug. potestatem tradere cogitabat, ut ab eo multa auctus pecunia, et in Senatum allectus, deinceps Byzantii vitam ageret. Cum id Theodato deliberatum esset, Legati ad Romanum Pontificem venerunt Hypatius Ephesiorum Antistes, ac Demetrius Philippensium, qui sunt in Macedonia, ut de religionis dogmate agerent, in quo dubiis sententiis inter se Christiani dissentiunt. Eam controversiam etsi ipse probe teneo, minime tamen commemorabo; quod insanae arrogantiae esse putem, Dei quae sit natura disquirere: nam, ut equidem sentio, nequit homo vel humana, nedum Dei naturam perfecte assequi. Ac mihi quidem, quae non aliter quam pia credulitate bene coluntur, ea praeterire silentio, tutum est, idque unum affirmare de Deo lubet, esse illum summe bonum, ac sua potentia res universas complecti. Quisque autem, vel sacerdos

νώσκειν ἕκαστος ὑπὲρ αὐτῶν οἴεται, καὶ ἱερεὺς καὶ ἰδιώτης. Θευδάτος δὲ ξυγγενόμενος λάθρα τοῖς πρέσβεσι τούτοις ἀγγέλλειν ἐπέστελλεν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἅπερ αὐτῷ βεβουλευμένα εἴη, ἐξειπὼν ὅσα μοι ἄρτι δεδήλωται.

Ἐν τούτῳ δὲ Ἀταλάριχος ἐς κραιπάλην ἐμπεπτωκὼς ὅρον
D οὐκ ἔχουσαν νοσήματι μαρασμοῦ ἥλω. διὸ δὴ Ἀμαλασοῦνθα διηπορεῖτο. οὔτε γὰρ ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς γνώμῃ τὸ θαρρεῖν εἶχεν, εἰς τοῦτο ἀτοπίας ἐληλακότος, εἴ τε αὐτὸς Ἀταλάριχος ἐξ ἀνθρώπων ἀφανίζηται, οὐκ ᾤετο αὐτῆς τὸν βίον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸ λοιπὸν ἔσεσθαι, Γότθων τοῖς λογιμωτάτοις προσκεκρουκυῖα. διὸ δὴ τὸ Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν κράτος ἐνδιδόναι Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ, ὅπως αὐτὴ σώζοιτο, ἤθελεν. ἐτύγχανε δὲ Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ ἐκ βουλῆς, ξύν τε Δημητρίῳ καὶ Ὑπατίῳ ἐνταῦθα ἥκων. ἐπειδὴ γὰρ τὸ μὲν Ἀμαλασούνθης πλοῖον ἐν τῷ Ἐπιδάμνου λιμένι βασιλεὺς ὁρμίζεσθαι ἤκουσεν, αὐτὴν δὲ μέλλειν, καίπερ χρόνου τριβέντος συχνοῦ, ἔπεμψε τὸν Ἀλέξανδρον, ἐφ'
P 315 ᾧ κατασκεψάμενος ἅπαντα τὰ ἀμφὶ τῇ Ἀμαλασούνθῃ ἀγγείλειε· τῷ δὲ λόγῳ πρεσβευτὴν τὸν Ἀλέξανδρον βασιλεὺς ἔπεμψε, τοῖς τε ἀμφὶ τὸ Λιλύβαιον ξυνταραχθεὶς (ἅπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις δεδήλωται) καὶ ὅτι Οὖννοι δέκα ἀπὸ τοῦ ἐν Λιβύῃ στρατοπέδου δρασμῷ ἐχόμενοι ἐς Καμπανίαν ἀφίκοντο, Οὐλία-

7. τῇ om. L. 8. εἴ τε Grotius. ἅτε HL. ἐς ὅ τε Scaliger. εἰ δὲ P ex coniectura Maltreti. 10. προσκεκρουκυίας Hm. 21. ἀφίκοντο L. ἀφίκοιντο P.

vel homo privatus, de his pro suo loquatur sensu. Porro Theodatus cum legatis illis clam collocutus, quae dicebam modo, ipsis plane exposuit, iniunxitque, ut initum a se consilium Iustiniano Aug. enuntiarent.

Hoc interim spatio Atalaricus, cum in crapulam effuse se immersisset, tabe confici coepit. Hinc animi pendens Amalasuntha, quod nec filii, adeo absurdi, voluntate fidere posset, nec, si moreretur Atalaricus, suam in tuto vitam postea fore existimaret, Gotthorum optimatibus iam offensis; ut saluti suae consuleret, statuit Gotthorum Italorumque regnum in Iustiniani Aug. ditionem transferre. In Italiam se contulerat Alexander, Senator, cum Demetrio et Hypatio profectus. Nam ubi navigium, quod Amalasuntha praemiserat, applicitum stare in portu Epidamni, ipsam autem, multo licet elapso tempore, moram facere Imperator audisset, Alexandrum destinaverat, re quidem ipsa, ut de Amalasunthae rebus ab eo penitus inspectis certior fieret; in speciem vero legationem ipsi dederat, se commotum repulsa significans ad Lilybaeum accepta, de qua dixi in superiore libro: tum quod Hunnos decem ab exercitu Africae dilapsos fuga, atque in Campaniam delatos, Uliaris, Neapoli custos, appo-

ρίς τε αὐτοὺς, ὃς Νεάπολιν ἐφύλασσεν, Ἀμαλασούνθης οὔτι ἀκουσίας ἐδέξατο· Γότθοι δὲ Γήπαισι τοῖς ἀμφὶ Σίρμιον πολεμοῦντες, πόλει Γρατιανῇ, ἐν τῇ Ἰλλυριῶν ἐσχατιᾷ κειμένῃ, ὡς πολεμίᾳ ἐχρήσαντο. ἅπερ Ἀμαλασούνθῃ ἐπικαλῶν γράμματά τε γράψας τὸν Ἀλέξανδρον ἔπεμψεν. ὃς ἐπειδὴ ἐν Ῥώμῃ ἐγένετο, τοὺς μὲν ἱερεῖς αὐτοῦ εἴασε πράσσοντας ὧν ἕνεκα ἦλθον, ἐς δὲ Ῥάβενναν αὐτὸς κομισθεὶς καὶ Ἀμαλασούνθῃ ἐς ὄψιν ἥκων, B τούς τε βασιλέως λόγους ἀπήγγειλε λάθρα καὶ τὰ γράμματα ἐς τὸ ἐμφανὲς ἐνεχείρισεν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Τὸ ἐν Λιλυβαίῳ φρούριον, ἡμέτερον ὄν, βίᾳ λαβοῦσα ἔχεις, καὶ βαρβάρους δραπέτας ἐμοὺς γεγενημένους δεξαμένη ἀποδοῦναι οὔπω καὶ νῦν ἔγνωκας, ἀλλὰ καὶ Γρατιανὴν τὴν ἐμὴν τὰ ἀνήκεστα, οὐδέν σοι προσῆκον, εἰργάσω. ὅθεν ἄρα σοι ἐκλογίζεσθαι προσήκει ποία ποτὲ τούτοις τελευτὴ γένοιτο.“ ταῦτα ὡς ἀπενεχθέντα ἡ γυνὴ τὰ γράμματα ἀνελέξατο, ἠμείβετο τοῖσδε „Βασιλέα μέγαν τε καὶ ἀρετῆς μεταποιούμενον, ὀρφανῷ παιδὶ καὶ ὡς ἥκιστα τῶν πρασσομένων ἐπαισθανομένῳ μᾶλλον ξυλλαβέσθαι εἰκὸς ἢ ἐξ οὐ- C δεμιᾶς αἰτίας διάφορον εἶναι. ἀνθρώπων γάρ, ἢν μὴ ἐκ τοῦ ἀντιπάλου συσταίη, οὐδεὶς τὴν νίκην εὐπρεπῆ φέρει. σὺ δὲ τὸ Λιλύβαιον Ἀταλαρίχῳ ἐπανασείεις καὶ φυγάδας δέκα καὶ στρατιωτῶν ἐπὶ πολεμίους τοὺς σφετέρους ἰόντων ἁμαρτάδα ξυμπε-

1. αὐτοὺς Grotius et Maltretus. Libri αὐτός. *hos* Pers. *ibid.* Ἀμαλασούνθης Maltretus et L corr. ἀμαλασούνθην L pr. et H. Ἀμαλασούνθῃ Grotius. 2. ἀκουσίας Maltretus. ἑκουσίως HL. *non invita* Pers. 7. ἐς ὄψιν] εἰς ὄψιν L. 19. οὐδεὶς Grotius. Vulgo οὐδὲ. *ibid.* φέρει] φέρειν Reg.

situs, accepisset, non invita Amalasuntha: et Gotthi, dum ad Sirmium cum Gepaedibus bellum gererent, urbem Gratianam, in finibus Illyrici sitam, hostiliter vexassent. Amalasunthae haec per literas obiiciens Imperator, Alexandrum miserat: qui postquam pervenit Romam, ibi Praesules de rebus, quarum causa venerant, agentes reliquit; et Ravennam profectus, admissusque ad conspectum Amalasunthae, clam quidem arcana retulit Imperatoris verba; palam vero eiusdem literas reddidit, in hanc sententiam scriptas. *Lilybaei castellum, quod nostrum est, iniusta vi captum retines; necdum placuit remittere Barbaros, quos a me transfugas accepisti: per summam quoque iniuriam damna gravissima intulisti Gratianae meae. Quo tandem haec eruptura sint, tuum est cogitare.* Cum has literas Amalasuntha sibi datas legisset, his verbis rescripsit. *Magnum et forti animo praeditum Imperatorem magis decet puero orbo et quid agatur ignaro opitulari, quam sine causa indicere inimicitias. Ex iniquo enim congressu ne victoriam quidem honestam refert. Scilicet Lilybaeum, et fugitivos decem, et quod in urbem amicam milites nostri, dum hostes suos peterent, peccarunt per ignorantiam, minaciter Atalarico*

σοῦσαν ἀγνοίᾳ τινὶ ἐς πόλιν φιλίαν. μὴ δῆτα, μὴ σύ γε, ὦ βασιλεῦ, ἀλλ' ἐνθυμούμενος ἡνίκα ἐπὶ Βανδίλους ἐστράτευσας,
V 7 οὐχ ὅσον σοι ἐμποδὼν ἔστημεν, ἀλλὰ καὶ ὁδὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους καὶ ἀγορὰν τῶν ἀναγκαιοτάτων σὺν προθυμίᾳ πολλῇ ἔδομεν, ἄλλων τε καὶ ἵππων τοσούτων τὸ πλῆθος, ἀφ' ὧν σοι ἡ τῶν ἐχθρῶν ἐπικράτησις μάλιστα γέγονε. καίτοι ξύμμαχος ἂν καὶ
D φίλος δικαίως καλοῖτο οὐχ ὃς ἂν τὴν ὁμαιχμίαν ἐς τοὺς πέλας προΐσχοιτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν τὸ ἐς πόλεμον ἕκαστον, ὅτου ἂν δέοιτο, ὑπουργεῖν φαίνοιτο. ἐκλογίζου δὲ ὡς τηνικαῦτα ὁ στόλος ὁ σὸς οὔτε ἀλλαχῇ ἐκ τοῦ πελάγους εἶχεν ὅτι μὴ Σικελίᾳ προσχεῖν οὔτε τῶν ἐνθένδε ὠνηθέντων χωρὶς ἐς Λιβύην ἰέναι. ὥστε σοι τὸ τῆς νίκης κεφάλαιον ἐξ ἡμῶν ἐστιν. ὁ γὰρ τοῖς ἀπόροις λύσιν διδοὺς καὶ τὴν ἐνθένδε ἀπόβασιν ἀποφέρεσθαι δίκαιος.
H 170 τί δὲ ἀνθρώπῳ ἥδιον ἂν ἐχθρῶν ἐπικρατήσεως, ὦ βασιλεῦ, γένοιτο; καὶ μὴν ἐλασσοῦσθαι οὐκ ἐν μετρίοις ἡμῖν ξυμβαίνει, οἵ
P 316 γε οὐχὶ κατὰ τὸν τοῦ πολέμου νόμον τὸ τῶν λαφύρων νεμόμεθα μέρος. νῦν δὲ καὶ τὸ Σικελίας Λιλύβαιον, ἄνωθεν Γότθοις προσῆκον, ἀξιοῖς ἀφαιρεῖσθαι ἡμᾶς, πέτραν, ὦ βασιλεῦ, μίαν ὅσον οὐδὲ ἀργυρίου ἀξίαν, ἣν ἀνθυπουργεῖν σοι Ἀταλαρίχῳ εἰκός γε ἦν, ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ξυναραμένῳ, εἴπερ ἄνωθεν τῆς σῆς βασιλείας οὖσα ἐτύγχανε." ταῦτα μὲν ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς Ἀμαλασοῦνθα βασιλεῖ ἔγραψε· λάθρα δὲ αὐτῷ ξύμπασαν Ἰτα-

7. ἐς τοὺς] εἰς τοὺς L. 11. τῶν] τὴν L. 19. ἀνθυπουργεῖν Pm. ἀνθυπουργιεῖν HP. ἀνθυπεργιεῖν LHm.

commemoras. Absint procul, absint haec a te, Imperator: quin potius fac memineris nos tuae adversus Vandalos expeditioni non modo non obstitisse, sed tendentibus in hostem copiis lubentissime dedisse iter, copiamque emendi annonam, et cum alia, tum equos tanto numero suppeditasse, ut hostem nulla re magis, quam eorum opera, debellaveris. Socii demum et amici nomen meretur, non ille tantum, qui arma cum vicino consociat, verum etiam qui quaelibet ad bellum quodvis necessaria palam subministrat. Id etiam reputa, tunc temporis classem tuam nec alio, quam in Siciliam, recipere se e pelago, nec absque rebus ibi coëmptis tenere cursum in Africam potuisse. Quare victoriae summam ascribere nobis debes: siquidem qui negotii tollit obices, dignus est qui successus gloriam ac praemium ferat. Quid autem homini dulcius, quam potiri hostium, o Imperator? Nos tamen iacturam haud mediocrem passos, quippe spoliorum expertes contra quam lex belli iubet, nunc etiam Lilybaeo, in ditione Gotthica iam pridem posito, spoliare vis, uno videlicet scopulo, o Imperator, nullius fere pretii digno: qui si in tuo prius imperio fuisset, eo saltem Atalaricum, tibi in rebus maxime necessariis auxiliatum, remunerari debueras. Imperatori his palam scriptis Amalasuntha, clam recepit traditurum se

λίαν ἐγχειρεῖν ὡμολόγησεν. οἱ δὲ πρέσβεις ἐς Βυζάντιον ἐπανήκοντες ἅπαντα Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ἤγγειλαν· Ἀλέξανδρος μὲν ἅπερ τῇ Ἀμαλασούνθῃ δοκοῦντα εἴη, Δημήτριός τε καὶ Ὑπάτιος ὅσα Θευδάτου λέγοντος ἤκουσαν, καὶ ὡς δυνάμει μεγάλῃ ἐν Τού- B σκοις ὁ Θευδάτος χρώμενος, χώρας τε ἐνταῦθα τῆς πολλῆς κύριος γεγονώς, πόνῳ ἂν οὐδενὶ τὰ ὡμολογημένα ἐπιτελεῖν οἷός τε εἴη. οἷς δὴ περιχαρὴς γεγονὼς ὁ βασιλεὺς Πέτρον, Ἰλλυριὸν γένος, ἐκ Θεσσαλονίκης ὁρμώμενον, ἐς τὴν Ἰταλίαν εὐθὺς ἔστελλεν, ἕνα μὲν ὄντα τῶν ἐν Βυζαντίῳ ῥητόρων, ἄλλως δὲ ξυνετόν τε καὶ πρᾷον καὶ ἐς τὸ πείθειν ἱκανὸν πεφυκότα.

δ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα ἐγένετο τῇδε, ἐν τούτῳ Θευδάτον C Τοῦσκοι πολλοὶ Ἀμαλασούνθῃ διέβαλλον, βιάσασθαι ἅπαντας τοὺς ταύτῃ ἀνθρώπους καὶ τοὺς ἀγροὺς ἀφελέσθαι οὐδενὶ λόγῳ, τούς τε ἄλλους ἅπαντας καὶ οὐχ ἥκιστά γε τὴν βασίλειον οἰκίαν αὐτήν, ἣν δὴ πατριμώνιον καλεῖν νενομίκασι. διὸ δὴ ἐς τὰς εὐθύνας καλέσασα Θευδάτον ἡ γυνὴ διαρρήδην τε πρὸς τῶν διαβαλλόντων ἐληλεγμένον ἀποτιννύναι πάντα ἠνάγκασεν, ἅπερ οὐ δέον ἀφείλετο, οὕτω τε αὐτὸν ἀπεπέμψατο. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐς ἄγαν τῷ ἀνθρώπῳ προσκεκρουκυῖα διάφορος τὸ λοιπὸν ἐγεγόνει D ἀνιωμένῳ ὑπὸ φιλοχρηματίας ὡς μάλιστα, ὅτι διαμαρτάνειν τε καὶ βιάζεσθαι ἀδύνατος ἦν.

11. Θευδάτον] Θευδαίτον L. 15. πατριμώνιον L corr. Vulgo πατριμόνιον.

illi universam Italiam. Reversi Byzantium legati, Iustiniano August. cuncta renuntiant, Alexander quidem Amalasunthae consilia, Demetrius vero atque Hypatius quaecunque acceperant ex ore Theodati, et nullo hunc negotio perficere promissa posse, quod in Tuscia polleret plurimum, et partem magnam eius provinciae possideret. His laetus admodum Imperator, extemplo in Italiam Petrum destinat. Erat is natione Illyrius, patria Thessalonicensis, advocatus Byzantii, prudentia vir singulari, commodis moribus, et persuadendi vi praeditus.

4. Haec ibi dum aguntur, interea Tusci complures de vi in omnes provinciae suae incolas apud Amalasuntham accusant Theodatum, ex mera libidine cum in alios quosvis, tum in domus Regiae fundos, quos patrimonium vocitant, involantem. Quamobrem illa accitum ad rationem reddendam Theodatum, et ab accusatoribus manifeste convictum quaecunque malis artibus eripuerat, restituere coëgit, ac tum demum remisit. Inde cum in summam offensionem hominis incurrisset, deinceps intercessit inter ambos discordia, illum avaritia conficiente, quod nec peccare licentius, nec vi invadere cupita posset.

Ὑπὸ τὸν χρόνον τοῦτον Ἀταλάριχος μὲν τῇ νόσῳ καταμαρανθεὶς ἐτελεύτησεν, ὀκτὼ τῇ ἀρχῇ ἐπιβιοὺς ἔτη. Ἀμαλασοῦνθα δὲ (χρῆν γάρ οἱ γενέσθαι κακῶς) ἐν οὐδενὶ λόγῳ φύσιν τὴν Θευδάτου ποιησαμένη καὶ ὅσα εἰς αὐτὸν ἔναγχος δράσειεν, οὐδὲν πείσεσθαι ἄχαρι πρὸς αὐτοῦ ὑπετόπασεν, ἤν τι τὸν ἄνθρωπον ἀγα- P 317 *θὸν ἐργάζηται μεῖζον. μεταπεμψαμένη τοίνυν αὐτὸν, ἐπειδὴ ἧκε, τιθασεύουσα ἔφασκε χρόνῳ ἐπίστασθαι ὥς οἱ ὁ παῖς ἐπίδοξος εἴη, ὅτι δὴ ὀλίγῳ ὕστερον τελευτήσειε (τῶν τε γὰρ ἰατρῶν πάντων ταὐτὰ γινωσκόντων ἀκηκοέναι καὶ αὐτὴ τοῦ Ἀταλαρίχου σώματος ἀεὶ μαραινομένου αἰσθέσθαι). ἐπεί τε αὐτῷ ἀμφὶ Θευδάτῳ ἑώρα Γότθους τε καὶ Ἰταλιώτας δόξαν οὐκ ἀγαθήν τινα* V 8 *ἔχοντας, ἐς ὃν περιειστήκει τὸ Θευδερίχου γένος, τούτου δὴ αὐτὸν διακαθᾶραι τοῦ αἰσχροῦ ὀνόματος ἐν σπουδῇ οἱ γενέσθαι, ὅπως μή τι αὐτῷ καλουμένῳ ἐς τὴν βασιλείαν ἐμπόδιον εἴη. ἅμα* B *δὲ καὶ τὸ δίκαιον αὐτὴν ξυνταράξαι, εἴ γε περισταίη τοῖς ἠδικῆσθαι πρὸς αὐτοῦ λέγουσιν, ὡς ἤδη αἰτιωμένοις οὐκ ἔχειν μὲν ὅτῳ τὰ ξυμπεσόντα σφίσιν ἀγγείλωσι, δεσπότην δὲ τὸν δυσμενῆ ἔχειν. διὰ ταῦτα μὲν αὐτὸν, οὕτω καθαρὸν γεγενημένον, ἐς τὴν βασιλείαν παρακαλεῖν. δεῖν δὲ αὐτὸν ὅρκοις δεινοτάτοις καταληφθῆναι ὡς ἐς Θευδάτον μὲν τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα ἄγοιτο,*

3. *χρῆν*] Vulgo *χρή*. 5. *ὑπετόπασεν*] *ὑπετόπησεν* L. 7. *τιθασεύουσα*] Vulgo *τιθασσεύουσα*. *ibid.* *ὁ παῖς* L. *ὁ* om. P. 9. *ταὐτὰ*] Vulgo *ταῦτα*. *ibid.* *αὐτὴ* HL. *αὐτὴν* P. 10. *αἰσθέσθαι*] *αἰσθῆναι* HL: illud Lm. 11. *οὐκ ἀγαθήν* P ex Maltreti emendatione: quod exprimere videtur Pers. *non recte sentire.* *ἀναγκασθῆν.* HL. *ἀγαθὴν* Scaliger. 12. *τούτου*] *τοῦτον* HL. 14. *αὐτῷ*] *αὐτὸν* HL: *αὐτῷ* Scaliger. 16. *λέγουσιν* om. HL. *ibid.* *ἔχειν*] *ἔχει* H. 17. *τὰ* om. L.

Sub idem tempus tabe exesus obiit Atalaricus; cum in regno annos VIII. vixisset. Tunc Amalasuntha, haud dubie peritura, nulla nec indolis Theodati, nec suae in eum recentis severitatis habita ratione, in animum induxit, se illum plane innoxium experturam, si in ipsum maius aliquod beneficium conferret. Eum igitur accersit, ac post ipsius adventum, deliniit, asseverans, se antea cognovisse quae esset opinio de morte propinqua filii; quippe cum a medicis omnibus praenuntiatam illam audiret, ac videret ipsa Atalarici corpus in dies contabescere: quoniam vero perspiciebat, minus commode apud Gotthos et Italos audire Theodatum, ad quem Theoderici genus redactum esset; sibi id cordi fuisse, ut turpi illa existimatione depulsa, ipsi ad regnum vocato nihil obstaret: praeterea se ex amore aequi sollicitam, timuisse, ne quando ab illis circumfusa, qui se iniuria affectos ab eo dicerent, audiret expostulantes, adesse neminem, ad quem, quae passi essent, deferrent, sibique infensum dominum imperare: itaque se ad regnum iam illum invitare, cum esset purus a suspicione, et in famam secundam restitutus: at sanctissime iurandum esse, nomen quidem regiae potestatis ad Theodatum transiturum, rem

αὐτὴ δὲ τὸ ἔργον τοῦ κράτους οὐκ ἔλασσον ἢ πρότερον ἔχοι. ταῦτα ἐπεὶ Θευδάτος ἤκουσεν, ἅπαντα ὅσα ἦν βουλομένῃ Ἀμαλασούνθῃ ὁμωμοκὼς, ἐπὶ λόγῳ τῷ πονηρῷ ὡμολόγησεν, ἐν μνήμῃ ἔχων ὅσα δὴ ἐκείνη πρότερον ἐς αὐτὸν εἰργασμένη ξυνέχχανεν. οὕτω μὲν Ἀμαλασοῦνθα πρός τε γνώμης οἰκείας καὶ τῷ C *Θευδάτῳ ὀμοσαμένη, ἀπατηθεῖσα ἐπὶ τῆς ἀρχῆς αὐτὸν κατεστήσατο. πρέσβεις τε πέμψασα ἐς Βυζάντιον ἄνδρας Γότθους Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ ταῦτα ἐδήλου.*

Θευδάτος μὲν τὴν ἡγεμονίαν παραλαβὼν, πάντα οἱ τὰ ἐναντία ὧν ἐκείνη τε ἤλπισε καὶ αὐτὸς ὑπέσχετο ἔπρασσε. καὶ Γότθων τῶν πρὸς αὐτῆς ἀνῃρημένων τοὺς ξυγγενεῖς ἐπαγαγόμενος, πολλούς τε καὶ λίαν λογίμους ἐν Γότθοις ὄντας, τῶν τε Ἀμαλασούνθῃ προσηκόντων ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τινὰς ἔκτεινε καὶ αὐτὴν ἐν φυλακῇ ἔσχεν, οὔπω τῶν πρέσβεων ἐς Βυζάντιον ἀφικομένων. ἔστι δέ τις λίμνη ἐν Τούσκοις, Βουλσίνη καλουμένη, ἧς δὴ ἐντὸς νῆσος ἀεί ἐστι, βραχεῖα μὲν κομιδῇ οὖσα, φρούριον D H 171 *δὲ ὀχυρὸν ἔχουσα. ἐνταῦθα Θευδάτος τὴν Ἀμαλασοῦνθαν καθείρξας ἐτήρει. δείσας δὲ, ὅπερ ἐγένετο, μὴ βασιλεῖ ἀπ' αὐτοῦ προσκεκρουκὼς εἴη, ἄνδρας ἐκ τῆς Ῥωμαίων βουλῆς Λιβέριόν τε καὶ Ὀπιλίωνα στείλας ξὺν ἑτέροις τισὶ, παραιτεῖσθαι πάσῃ δυνάμει βασιλέα ἐπήγγειλεν, ἰσχυριζομένους μηδὲν πρὸς αὐτοῦ*

1. *αὐτὴ*] *αὐτὴν* HL. *ibid.* *τὸ ἔργον* L. *τὸ* om. HP. 3. *πονηρῷ*] *πονήρῳ* P. 14. *ἔσχεν*] *ἔσχον* L. 16. *νῆσος ἀεί ἐστι*] *insula una existit* Pers. Ergo *νῆσος μία.* 18. *βασιλεῖ*] *βασιλείαν* HL. *ibid.* *αὐτοῦ*] *αὐτῆς* HL. 20. *Ὀπιλίωνα*] *ὀπίλιον* L. *Opilionem* Pers.: sed infra *Polionem* dicit. *ibid.* *πάσῃ*] *ὅσῃ* L, sed *ὅ* a corr. 21. *βασιλέα*] *βασίλειαν* H. *βασιλείαν* L. *ibid.* *ἐπήγγειλεν*] *ἐπήγγειλλεν* L.

vero ipsam, ut prius, in Amalasuntha mansuram. Theodatus, his auditis, quidquid placuit Amalasunthae, iurato promisit, sed malo animo ac fraudulenter; quippe memor, uti ante ab eo fuisset habitus. Iuravit quoque Amalasuntha Theodato ex animi sui sententia, ac decepta, Regem illum constituit: qua de re missis Byzantium Legatis Gotthis, Iustinianum Aug. certiorem fecit.

Principatum adeptus Theodatus, cum spem Amalasunthae, tum sui promissi fidem prorsus fefellit. Gotthorum enim, ab illa interfectorum, complexus propinquos, quorum magnus in ea gente et numerus erat et splendor; repente quosdam ex Amalasunthae necessariis occidit, adeoque ipsam coniecit in carcerem, priusquam legati Byzantium pervenissent. Est in Tuscia lacus (Vulsinum appellant) et in eo parva admodum insula, castello munita valido. Clausam hic Amalasuntham Theodatus servari iussit, ac veritus, quod accidit, ne eo facto Imperatorem offenderet, Liberium et Opilionem Senatores Romanos, aliosque nonnullos misit, omni

ἄχαρι τῇ Ἀμαλασοῦνθῃ ξυμβῆναι, καίπερ αὐτῷ ἀνήκεστα δεινὰ
εἰργασμένῃ τὸ πρότερον. καὶ κατὰ ταὐτὰ αὐτός τε βασιλεῖ
ἔγραψε καὶ τὴν Ἀμαλασοῦνθαν οὔτι ἑκουσίαν ἠνάγκασε γράψαι.
P 318 ταῦτα μὲν οὖν ἐφέρετο τῇδε. Πέτρῳ δὲ αὐτῷ πρὸς τοῦ βασι-
λέως ἐντέταλτο ἐντυχεῖν μὲν κρύφα τῶν ἄλλων ἁπάντων Θευ-
δάτῳ, καὶ ὅρκῳ τὰ πιστὰ παρεχομένῳ ὡς οὐδὲν ἂν τῶν πρασσο-
μένων ἔκπυστον γένοιτο, οὕτω τε τὰ ἀμφὶ Τουσκίαν ἐν τῷ ἀσφα-
λεῖ πρὸς αὐτὸν θέσθαι καὶ Ἀμαλασούνθῃ ξυγγενόμενον λάθρα
ξυμπάσης περὶ Ἰταλίας διοικήσασθαι, ὅπῃ ἑκατέρῳ ξυνοίσειν
μέλλει. ἐς δὲ τὸ ἐμφανὲς ὑπέρ τε Λιλυβαίου καὶ τῶν ἄλλων,
ὧν ἔναγχος ἐμνήσθην, πρεσβεύσων ᾔει. οὔπω γάρ τι περὶ τῆς
Ἀταλαρίχου τελευτῆς ἢ τῆς Θευδάτου ἀρχῆς ἢ τῶν Ἀμαλασούνθῃ
B ξυμπεπτωκότων βασιλεὺς ἠκηκόει. Πέτρος δὲ ὁδῷ πορευόμενος
πρῶτον μὲν τοῖς Ἀμαλασούνθης πρέσβεσι ξυγγενόμενος τὰ ἀμφὶ
τῆς Θευδάτου ἀρχῆς ἔμαθε. γενόμενος δὲ ὀλίγῳ ὕστερον ἐν πό-
λει Αὐλῶνι, ἣ πρὸς κόλπῳ τῷ Ἰονίῳ κεῖται, ἐνταῦθά τε τοῖς
ἀμφὶ Λιβέριόν τε καὶ Ὀπιλίωνα ἐντυχὼν τὰ ξυμπεσόντα σύμ-
παντα ἔγνω, ἔς τε βασιλέα πάντα ἀνενεγκὼν αὐτοῦ ἔμεινεν.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἤκουσε, Γότθους τε
καὶ Θευδάτον ξυνταράξαι διανοούμενος, πρὸς μὲν Ἀμαλασοῦν-
C θαν γράμματα ἔγραφε, δηλοῦντα ὅτι αὐτῆς ὡς ἔνι μάλιστα με-

2. τε L. γε P. ibid. βασιλεῖ Grotius. Vulgo βασιλεύς. illi Pers. 4. τοῦ om. L. 16. Αὐλῶνι] αὐλῶν H et L a pr. m. Apolloniam Pers.

ope deprecari iussos illius odium, affirmando, nihil mali Amalasunthae irrogasse Theodatum, quamvis ab ea prius acceptum pessime. In eamdem sententiam literas et ipse Rex dedit, et ab Amalasuntha vel invita expressit. Haec ibi sic se habebant. Petrus autem his instructus a Iustiniano Aug. mandatis, ut clam omnibus convento Theodato, et iureiurando obstricta illius fide, eorum, de quibus agerent, nihil foras elatum iri, cum eo factam pactionem de Tuscia optime stabiliret: occulto itidem cum Amalasuntha colloquio, de omni Italia, prout e re foret utriusque, transigeret: veniebat, legationi praetendens speciem controversiae de Lilybaeo aliisque rebus, quarum mentionem proxime feci. Nihildum enim de Atalarici obitu, Theodati principatu, Amalasunthae casibus Imperator audierat. Ac primum quidem in via Petrus cum Legatis Amalasunthae collocutus, Regem creatum Theodatum didicit: dein vero in urbe Aulone, quae ad sinum Ionium sita est, cum Liberio et Opilione sermone habito, quaecunque contigerant ex ipsis cognovit, ibique substitit, de re tota admonito Imperatore.

Haec ubi Iustinianus Aug. accepit, secum inita ratione, qua Gotthis ac Theodato perturbationem iniiceret, Amalasunthae scripsit, se, quoad posset, defensionem eius suscipere, ac Petro mandavit, ne consilium hec

ταποιεῖσθαι ἐν σπουδῇ ἔχει· τῷ δὲ Πέτρῳ ἐπέστελλε ταῦτα μηδαμῇ ἀποκρύψασθαι, ἀλλ' αὐτῷ τε Θευδάτῳ καὶ Γότθοις ἅπασι φανερὰ καταστήσασθαι. πρέσβεων δὲ τῶν ἐξ Ἰταλίας οἱ μὲν ἄλλοι, ἐπειδὴ ἐς Βυζάντιον ἐκομίσθησαν, τὸν πάντα λόγον βασιλεῖ ἤγγειλαν, καὶ πάντων μάλιστα Λιβέριος. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ καλός τε καὶ ἀγαθὸς διαφερόντως, λόγου τε τοῦ ἀληθοῦς ἐπιμελεῖσθαι ἐξεπιστάμενος· Ὀπιλίων δὲ μόνος ἐνδελεχέστατα ἰσχυρί- V 9 ζετο μηδὲν ἐς Ἀμαλασοῦνθαν ἁμαρτεῖν Θευδάτον. Πέτρου δὲ ἀφικομένου ἐς Ἰταλίαν Ἀμαλασούνθῃ ξυνέβη ἐξ ἀνθρώπων ἀφα- D νισθῆναι. Γότθων γὰρ ξυγγενεῖς τῶν ὑπ' ἐκείνης ἀνῃρημένων Θευδάτῳ προσελθόντες οὔτε αὐτῷ οὔτε σφίσι τὸν βίον ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἰσχυρίζοντο εἶναι, ἢν γε μὴ αὐτοῖς Ἀμαλασοῦνθα ὅτι τάχιστα ἐκποδὼν γένηται. ξυγχωροῦντός τε αὐτοῖς, ἐν τῇ νήσῳ γενόμενοι τὴν Ἀμαλασοῦνθαν εὐθὺς ἔκτειναν. ὅπερ Ἰταλιώτας τε ὑπερφυῶς ἅπαντας καὶ τοὺς ἄλλους Γότθους ἠνίασεν. ἀρετῆς γὰρ πάσης ἡ γυνὴ ἰσχυρότατα ἐπεμελεῖτο, ὥσπερ μοι ὀλίγῳ ἔμπροσθεν εἴρηται. Πέτρος μὲν οὖν Θευδάτῳ τε ἄντικρυς ἐμαρτύρατο καὶ τοῖς ἄλλοις Γότθοις ὅτι δὴ αὐτοῖς τοῦ δεινοῦ τούτου ἐξειργασμένου ἄσπονδος βασιλεῖ τε καὶ σφίσιν ὁ πόλεμος ἔσται. Θευδάτος τε ὑπὸ ἀβελτερίας τοὺς Ἀμαλασούνθης φονεῖς ἐν τιμῇ πολλῇ ἔχων, Πέτρον τε καὶ βασιλέα πείθειν ἤθελεν ὡς P 319 αὐτοῦ οὐδαμῇ ἐπαινοῦντος, ἀλλ' ὡς μάλιστα ἀκουσίου, Γότθοις ἐργασθείη τὸ μίασμα τοῦτο.

20. ἀβελτερίας] Vulgo ἀβελτηρίας   21. πολλῇ] τε πολλῇ H. πολλῇ τε LHm.

teneret abditum; sed cum Theodato, tum Gotthis omnibus declararet. Cum autem Legati Italiae Byzantium pervenissent, omnes, Opilione excepto, qui in Amalasuntham nihil deliquisse Theodatum constantissime affirmabat, rem plane, uti se habuerat, Imperatori narrarunt; inprimis Liberius, vir honestis moribus et bonitate praeditus singulari, qui veritatem contaminare mendacio nesciebat. Posteaquam Petrus in Italiam pervenit, ex vivorum numero exturbata est Amalasuntha. Propinqui enim Gotthorum, quos illa morte affecerat, adiere Theodatum, eique asseverarunt nec ipsum nec se vivere securos posse, nisi Amalasuntham de medio quamprimum tollerent. Annuente illo, nulla interposita mora delati in insulam, necem attulerunt Amalasunthae, et ea re moerorem maximum Italis omnibus ac caeteris Gotthis. Haec enim mulier summa animi firmitate, ut paulo supra dixi, omnium officia virtutum obibat. Quocirca Petrus Theodato Gotthisque caeteris aperte denuntiavit, quandoquidem hoc facinus admisissent, Imperatori bellum cum ipsis fore inexpiabile. At stolide ineptus Theodatus, cum Amalasunthae interfectoribus plurimum honoris tribueret, Petro et Imperatori persuadere volebat, se minime approbante, quin potius invitissimo, Gotthos hoc piaculum perpetrasse.

B ε'. Ἐν τούτῳ δὲ Βελισάριον εὐδοκιμηκέναι κατὰ Γελίμερός τε καὶ Βανδίλων τετύχηκε. βασιλεὺς δὲ τὰ ἀμφὶ Ἀμαλασούνθῃ ξυνενεχθέντα μαθὼν εὐθὺς καθίστατο ἐς τὸν πόλεμον, ἔνατον ἔτος τὴν βασιλείαν ἔχων. καὶ Μοῦνδον αὐτὸν μὲν τὸν Ἰλλυριῶν στρατηγὸν ἔς τε Δαλματίαν ἰέναι, τὴν Γότθων κατήκοον, καὶ Σαλώνων ἀποπειράσασθαι ἐκέλευεν. ἦν δὲ ὁ Μοῦνδος γένος μὲν βάρβαρος διαφερόντως τε τοῖς τοῦ βασιλέως πράγμασιν εὔνους καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια. Βελισάριον δὲ ναυσὶν ἔστελλε, στρατιώτας μὲν ἐκ καταλόγων καὶ φοιδεράτων τετρακισχιλίους, ἐκ δὲ Ἰσαύρων τρισχιλίους μάλιστα ἔχοντα. ἄρχοντες δὲ ἦσαν
C ἐλλόγιμοι μὲν Κωνσταντῖνός τε καὶ Βέσσας, ἐκ τῶν ἐπὶ Θρᾴκης χωρίων, Περάνιος δὲ ἐξ Ἰβηρίας τῆς ἄγχιστα Μήδων, γενόμενος μὲν τῶν ἐκ βασιλέως Ἰβήρων, αὐτόμολος δὲ πρότερον ἐς
H 172 Ῥωμαίους κατὰ ἔχθος τὸ τῶν Περσῶν ἥκων, καταλόγων δὲ ἱππικῶν μὲν Βαλεντῖνός τε καὶ Μάγνος καὶ Ἰννοκέντιος, πεζῶν δὲ Ἡρωδιανός τε καὶ Παῦλος καὶ Δημήτριος καὶ Οὐρσικῖνος, ἀρχηγὸς δὲ Ἰσαύρων Ἔννης. εἵποντο δὲ καὶ Οὖννοι ξύμμαχοι διακόσιοι καὶ Μαυρούσιοι τριακόσιοι. στρατηγὸς δὲ αὐτοκράτωρ ἐφ' ἅπασι Βελισάριος ἦν, δορυφόρους τε καὶ ὑπασπιστὰς πολλούς τε καὶ δοκίμους ἔχων. εἵπετο δὲ αὐτῷ καὶ Φώτιος, ὁ τῆς
D γυναικὸς αὐτοῦ Ἀντωνίνης υἱὸς ἐκ γάμων προτέρων, νέος μὲν ὢν

1. Βελισάριον] Vulgo Βελισάριος. 4. ἔνατον] ἔννατον P. 11. Βέσσας] βέσσος HL. 13. τῶν ἐκ] ἐκ τῶν Grotius. 14. ἔχθος Maltretus collata p. 326 d. Libri ἔθος. 15. Ἰννοκέντιος] Vulgo Ἰνοκέντιος. 16. Οὐρσικῖνος] οὐσικῖνος HL. 21. αὐτοῦ om. L a pr. m. ibid. Ἀντωνίνης] ἀντωνίης L.

5. Hoc tempore Belisarium recens de Gelimere Vandalisque reportata victoria commendabat. Imperator vero, simul, ut de Amalasunthae casu factus est certior, bellum suscepit, annum agens imperii nonum, ac Mundo, Magistro militum per Illyricum, imperavit, ut in Dalmatiam Gotthis subditam proficisceretur, et Salonas tentaret. Erat Mundus genere natus Barbaro, studiosissimus rerum Imperatoris, ac bello egregius. Belisarium quoque Augustus cum classe misit, agentem secum quatuor millitum millia ex numeris militaribus et foederatis, et Isauros ter fere mille. Praecipui Duces erant Constantinus et Bessas Thraces; Peranius in Iberia, quae Medis vicina est, e domo Regis Iberum ortus, et ad Romanos iampridem transfuga propter invisos Persarum mores. Equestribus numeris praeerant Valentinus, Magnus, et Innocentius; pedestribus, Herodianus, Paulus, Demetrius, et Ursicinus: Isauros ducebat Ennes: Hunni socii sequebantur bis centum, Mauri trecenti. Summum belli imperium penes Belisarium erat, habentem in comitatu Praetorianos hastatos, scutatosque, permultos et inclytos. Assumpserat uxoris suae Antoninae ex priori marito filium, Photium, adhuc primae lanuginis adolescentem;

ἔτι καὶ πρῶτον ὑπηνήτης, ξυνετώτατός τε καὶ φύσεως ἰσχὺν ὑπὲρ τὴν ἡλικίαν δηλώσας. βασιλεύς τε Βελισαρίῳ ἐπέστελλεν ἐς Καρχηδόνα μὲν τῷ λόγῳ στέλλεσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἐς Σικελίαν ἀφίκωνται, ὡς δὴ κατὰ χρείαν τινὰ ἐνταῦθα ἀποβάντας πειρᾶσθαι τῆς νήσου. καὶ ἢν μὲν δυνατὰ ᾖ, ὑποχειρίαν αὐτὴν οὐδενὶ πόνῳ ποιήσασθαι, κατέχειν τε καὶ αὐτῆς μηκέτι μεθίεσθαι· ἢν δέ τι ἐμπόδιον ὑπαντιάσῃ, πλεῖν κατὰ τάχος ἐπὶ Λιβύης, οὐδενὶ αἴσθησιν τῆς βουλήσεως παρεχομένους.

Πέμψας δὲ καὶ παρὰ Φράγγων τοὺς ἡγεμόνας ἔγραψε τάδε P 320 „Γότθοι Ἰταλίαν τὴν ἡμετέραν βίᾳ ἑλόντες οὐχ ὅσον αὐτὴν ἀποδιδόναι οὐδαμῇ ἔγνωσαν, ἀλλὰ καὶ προσηδικήκασιν ἡμᾶς οὔτε φορητὰ οὔτε μέτρια. διόπερ ἡμεῖς μὲν στρατεύειν ἐπ᾽ αὐτοὺς V 10 ἠναγκάσμεθα, ὑμᾶς δὲ εἰκὸς ξυνδιαφέρειν ἡμῖν πόλεμον τόνδε, ὃν ἡμῖν κοινὸν εἶναι ποιεῖ δόξα τε ὀρθή, ἀποσειομένη τὴν Ἀρειανῶν γνώμην, καὶ τὸ ἐς Γότθους ἀμφοτέρων ἔχθος.“ τοσαῦτα μὲν βασιλεὺς ἔγραψε· καὶ χρήμασιν αὐτοὺς φιλοτιμησάμενος, πλείονα δώσειν, ἐπειδὰν ἐν τῷ ἔργῳ γένωνται, ὡμολόγησεν. οἱ δὲ αὐτῷ ξὺν προθυμίᾳ πολλῇ ξυμμαχήσειν ὑπέσχοντο. Μοῦνδος μὲν οὖν καὶ ἡ ξὺν αὐτῷ στρατιὰ ἐς Δαλματίαν ἀφικόμενοι καὶ B Γότθοις τοῖς ἐκείνῃ ὑπαντιάσασιν ἐς χεῖρας ἐλθόντες, νικήσαντές τε τῇ ξυμβολῇ, Σάλωνας ἔσχον. Βελισάριος δὲ καταπλεύσας ἐς Σικελίαν Κατάνην ἔλαβεν. ἔνθεν τε ὁρμώμενος Συρα-

1. πρῶτον ὑπηνήτης] Ex Homero. 4. ἀποβάντας] Vulgo ἀποβάντες. 14. κοινὸν] κοινωνὸν Reg. 20. ὑπαντιάσασιν] ὑπαντιάζουσιν L corr. 21. Σάλωνας] σαλώνας L. 22. ἐς L. εἰς P.

in quo excellens prudentia ac naturae vis longe praecurrebant aetatem. Praecepit autem Belisario Imperator, ut ire se Carthaginem simularet: ubi in Siciliam ventum esset, facta per necessitatis causam exscensione, tentaret insulam, ac, si fieri posset, nullo negotio occuparet; receptam teneret ita, ut non dimitteret: sin quid obstaret, cursum celeraret in Africam, dissimulato prorsus consilio.

Tum quoque ad Francorum Principes Legationem cum his literis misit. *Quoniam Gotthi non modo Italiam, quam habent, ditioni nostrae ereptam vi, restituere nolunt, sed iniurias etiam nobis, nec mediocres, nec tolerabiles, imposuerunt, non lacessiti; ipsis bellum inferre coacti sumus. Nobiscum vos id suscipere convenit, quod commune facit cum germana religio, erroris Ariani expultrix, tum odium, quo aeque ut nos, dissidetis a Gotthis.* Haec scripsit Imperator, quibus amplum pecuniae munus addidit, plura pollicitus daturum se, rem aggressis. Illi socia arma lubentissime promiserunt. In Dalmatiam ingressus Mundus cum exercitu suo, et cum Gotthis, quos obvios habuit, praeliatus, illis acie victis, Salonas cepit. Belisarius vero appulsa in Siciliam classe, potitus est Catana:

κούσας τε ὁμολογίᾳ καὶ πόλεις τὰς ἄλλας παρεστήσατο οὐδενὶ πόνῳ· πλήν γε δὴ ὅτι Γότθοι, οἳ ἐν Πανόρμῳ φυλακὴν εἶχον, θαρροῦντες τῷ περιβόλῳ (ἦν γὰρ ἰσχυρὸν τὸ χωρίον) προσχωρεῖν τε Βελισαρίῳ ἥκιστα ἤθελον καὶ αὐτὸν ἐνθένδε ἀπάγειν τὸν στρατὸν κατὰ τάχος ἐκέλευον. Βελισάριος δὲ λογισάμενος ἀμή-
C χανον εἶναι διὰ τῆς ἠπείρου τὸ χωρίον ἑλεῖν ἐσπλεῖν τὸν στόλον εἰς τὸν λιμένα ἐκέλευεν ἄχρι ἐς τὸ τεῖχος διήκοντα. ἦν γὰρ τοῦ τε περιβόλου ἐκτὸς καὶ παντάπασιν ἀνδρῶν ἔρημος. οὗ δὴ τῶν νηῶν ὁρμισαμένων τοὺς ἱστοὺς ξυνέβαινε τῶν ἐπάλξεων καθυπερτέρους εἶναι. αὐτίκα οὖν τοὺς λέμβους τῶν νηῶν ἅπαντας τοξοτῶν ἐμπλησάμενος ἀπεκρέμασεν ἄκρων ἱστῶν. ὅθεν δὴ κατὰ κορυφὴν βαλλόμενοι οἱ πολέμιοι ἐς δέος τι ἀμήχανον ἦλθον, καὶ Πάνορμον εὐθὺς ὁμολογίᾳ Βελισαρίῳ παρέδοσαν. βασιλεύς τε ἐκ τοῦδε Σικελίαν ὅλην ἐς φόρου ἀπαγωγὴν κατήκοον εἶχε. τῷ δὲ Βελισαρίῳ τότε κρεῖσσον λόγου εὐτύχημα ξυνηνέχθη γενέσθαι.
D τῆς γὰρ ὑπατείας λαβὼν τὸ ἀξίωμα ἐπὶ τῷ Βανδίλους νενικηκέναι, ταύτης ἔτι ἐχόμενος, ἐπειδὴ παρεστήσατο Σικελίαν ὅλην, τῇ τῆς ὑπατείας ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ ἐς τὰς Συρακούσας ἐσήλασε, πρός τε τοῦ στρατοπέδου καὶ Σικελιωτῶν κροτούμενος ἐς τὰ μάλιστα καὶ νόμισμα χρυσοῦ ῥίπτων ἅπασιν. οὐκ ἐξεπίτηδες μέντοι αὐτῷ πεποίητο τοῦτο, ἀλλά τις τῷ ἀνθρώπῳ ξυνέβη τύχη πᾶσαν ἀνασωσαμένῳ τὴν νῆσον Ῥωμαίοις ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἐς τὰς Συρακούσας ἐσεληλακέναι, τήν τε τῶν ὑπάτων ἀρχήν, οὐχ ᾗπερ εἰώθει ἐν τῷ Βυζαντίου βουλευτηρίῳ, ἀλλ' ἐνταῦθα καταθεμένῳ

18. ἐσήλασε] εἰσήλασε L. 23. ἐσεληλακέναι] Vulgo ἐσηλακέναι.

inde movens, Syracusas deditione, caeterasque urbes labore nullo recepit, praeter Panormum; cuius moenibus confisi Gotthi praesidiarii (et vero locus munitus erat) Belisario permittere se noluerunt, mandaruntque ut inde exercitum properaret abducere. Belisarius urbem terra expugnari non posse animadvertens, classem iubet subire portum, usque ad moenia patentem. Erat enim hic extra muros, et ab hominibus plane vacabat. Appulsis eo navibus, accidit, ut earum mali altius quam murorum pinnae evaderent. Quare illico Belisarius omnes navium lembos sagittariis complet, sublatosque e fastigiis malorum suspendit. Inde telis a vertice petiti hostes, et gravissime correpti metu, statim Panormum Belisario dediderunt. Ex eo tempore Siciliam universam vectigalem habuit Imperator: quando cum Belisario felicius, quam dici possit, actum est. Consulatum enim, quem post victoriam Vandalicam susceperat, adhuc gerens cum Siciliam omnem subegit, extremo illius die Syracusas ingressus est, cum exercitus ac Siculorum ingenti plausu, nummos aureos omnibus spargens. Id quod non ex composito fecit, sed casu quodam evenit ut tota insula iam Romanis recuperata eo die Syracu-

ἐξ ὑπάτων γενέσθαι. Βελισαρίῳ μὲν οὖν οὕτω δὴ εὐημερῆσαι ξυνέτυχεν.

ϛʹ. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα Πέτρος ἔμαθεν, ἐγκείμενος πολλῷ ἔτι P 321
μᾶλλον καὶ δεδισσόμενος Θευδάτον οὐκέτι ἀνίει. καὶ ὃς ἀποδειλιάσας τε καὶ ἐς ἀφασίαν ἐμπεπτωκώς, οὐχ ἧσσον ἢ εἰ δοριάλωτος ξὺν αὐτῷ Γελίμερι καὶ αὐτὸς ἐγεγόνει, ἐς λόγους τῷ Πέτρῳ κρύφα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἦλθεν, ἔς τε ξύμβασιν σφίσιν ἦλθεν, ἐφ᾽ ᾧ Θευδάτος Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ Σικελίας ἐκστήσεται πάσης, πέμψει δὲ αὐτῷ καὶ στέφανον χρυσοῦν ἀνὰ πᾶν ἔτος κατὰ τριακοσίας ἕλκοντα λίτρας, Γότθους τε ἄνδρας μαχίμους ἐς τρισχιλίους, ἡνίκα ἂν αὐτῷ βουλομένῳ εἴη· Θευδάτῳ τε αὐτῷ B
ἐξουσίαν οὐδαμῆ ἔσεσθαι τῶν τινα ἱερέων ἢ βουλευτῶν ἀποκτιννύναι, ἢ ἀνάγραπτον ἐς τὸ δημόσιον αὐτοῦ τὴν οὐσίαν ὅτι μὴ H 173
βασιλέως ποιεῖσθαι γνώμῃ. ἢν δέ γε τῶν ὑπηκόων τινὰς ἐς τὸ τῶν πατρικίων ἢ ἄλλο βουλῆς ἀξίωμα Θευδάτος ἀγαγεῖν βούληται, τοῦτο δὲ οὐκ αὐτὸν δώσειν, ἀλλὰ βασιλέα αἰτήσειν διδόναι. εὐφημοῦντα δὲ Ῥωμαίων τὸν δῆμον, ἀναβοήσειν ἀεὶ βασιλέα πρῶτον, ἔπειτα Θευδάτον, ἔν τε θεάτροις καὶ ἱπποδρομίαις καὶ εἴ που ἄλλῃ τὸ τοιοῦτον γενέσθαι δεήσει. εἰκόνα τε χαλκῆν ἢ ὕλης ἑτέρας μή ποτε Θευδάτῳ μόνῳ καθίστασθαι, C
ἀλλὰ γίγνεσθαι μὲν ἀεὶ ἀμφοτέροις, στήσεσθαι δὲ οὕτως· ἐν V 11
δεξιοῖς μὲν τὴν βασιλέως, ἐπὶ θάτερα δὲ τὴν Θευδάτου. ἐπὶ

5. δοριάλωτος] Vulgo δορυάλωτος. 8. Θευδάτος] Θευδᾶτος L hic et alibi. 9. πέμψει] Vulgo πέμψῃ. 10. γότθους τε L. Γότθους δὲ P. 14. γε om. L. 19. τοιοῦτον HL. τοιοῦτο P.

sas inveheretur, et Consulatu, non, ut mos erat in Byzantii Curia, sed ibi deposito, vir Consularis evaderet. Hos Belisarius successus habuit.

6. Haec Petrus cum accepisset, magis ac magis instare, et terrorem offerre Theodato non cessabat. Ille pavidus, nec minus attonitus, quam si cum Gelimere captus etiam ipse iam teneretur, cum Petro, arbitris omnibus remotis, egit. Tandem convenit, ut omni Sicilia Theodatus Iustiniano Aug. cederet: ad ipsum quotannis coronam mitteret auream tercentum pondo, ac ter mille bellatores Gotthos, quando collibitum eidem esset: nec liceret Theodato Sacerdotum quemquam, aut Senatorum, privare vita, vel eius bona publicare, nisi de Imperatoris sententia: si quos e subditis ad Patriciatum provehere, vel in Senatum legere vellet; id illis ne daret ipse; verum peteret ab Imperatore: in spectaculis ac ludis Circensibus, et ubicunque faustis populi Rom. acclamationibus locus est, primum Iustiniano Aug. semper acclamaretur, deinde Theodato: huic nunquam soli statua ex aere aliave materia poneretur, at utrique semper, et eo quidem ordine, ut quae exprimeret Imperato-

ταύτῃ μὲν τῇ ξυμβάσει γράψας τὸν πρεσβευτὴν ὁ Θευδάτος ἀπεπέμψατο.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ψυχῆς ὀρρωδία παραλαβοῦσα τὸν ἄνθρωπον ἐς δείματά τε ἀπῆγεν ὅρον οὐκ ἔχοντα καὶ ἔστρεφεν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, δεδισσομένην τῷ τοῦ πολέμου ὀνόματι, καὶ ὡς, εἴ γε βασιλεῖ οὐδαμῇ ἀρέσκει τά τε αὐτῷ καὶ Πέτρῳ ξυγκείμενα, ὁ πόλεμος εὐθὺς ἀπαντήσει. αὖθις οὖν τὸν Πέτρον
D *μεταπεμψάμενος ἐν Ἀλβανοῖς ἤδη γενόμενον, ἅτε κοινολογούμενος λάθρα τοῦ ἀνθρώπου ἀνεπυνθάνετο, εἰ τὴν ξύμβασιν βασιλεῖ πρὸς ἡδονῆς ἔσεσθαι οἴεται. καὶ ὃς οὕτω δὴ ὑποτοπάζειν ἔφη. ἢν δέ γε ταῦτα οὐδαμῇ ἀρέσκοι τὸν ἄνδρα, τί τὸ ἐνθένδε γενήσεται; εἶπεν. ἀπεκρίνατο Πέτρος, πολεμητέα σοι τὸ λοιπόν, ὦ γενναῖε. τί δέ; δίκαια ταῦτα, ὦ φίλτατε πρεσβευτά; ἔφη ὑπολαβών. καὶ πῶς οὐ δίκαιον, ὦ ἀγαθέ, εἶπε, τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου ψυχῇ φυλάσσεσθαι; τί δὴ τοῦτό ἐστιν; ὁ*
P 322 *Θευδάτος ἠρώτα. ὅτι σοὶ μὲν σπουδὴ πολλὴ φιλοσοφεῖν, ἔφη, Ἰουστινιανῷ δὲ βασιλεῖ Ῥωμαίων γενναίῳ εἶναι. διαφέρει δέ, ὅτι τῷ μὲν φιλοσοφίαν ἀσκήσαντι θάνατον ἀνθρώποις πορίζεσθαι, ἄλλως τε καὶ τοσούτοις τὸ πλῆθος, οὐ μήποτε εὐπρεπὲς εἴη, καὶ ταῦτα ἀπὸ τῆς Πλάτωνος διατριβῆς, ἧς δηλονότι μετασχόντα σε μὴ οὐχὶ φόνου παντελῶς ἐλεύθερον εἶναι οὐχ ὅσιον· ἐκεῖνον δὲ χώρας μεταποιήσασθαι οὐδὲν ἀπεικός, ἄνωθεν τῇ ὑπαρχούσῃ*

11. ἀρέσκοι Scaliger et P. ἀρέσκειν HL.

rum, dexteram, quae Theodatum, sinistram obtineret. Postquam his Theodatus pactis conventis subscripsit, Legatum remisit.

Paulo post invasit hominem horror, et in varios timores, qui modum excedebant, ita adduxit, ut de statu mentem eius dimoverit, vel ipso belli nomine consternatam; cum illud statim affore intelligeret, si ipsius cum Petro compositionem Imperator non approbaret. Confestim igitur Petrum, cum iam apud Albanos esset, ad colloquium revocat, ac seorsum rogat, num Imperatori gratam fore existimet pactionem confectam? Atque illi affirmanti se ita coniicere, *Quid vero postea fiet*, inquit, *si non placuerit?* Cui Petrus, *Tibi*, ait, *praeclare vir, gerendum deinceps bellum. Quid?* subiicit Theodatus, *Idne aequum est, Legate carissime?* Tum ita Petrus suscipit: *Quidni aequum, o bone, ut ingenio quisque sub consentanea sectetur studia?* Hic quaerenti Theodato, quid hoc sibi vellet, respondit: *Tu quidem vehementer amas philosophari; Iustinianus vero generosum praebere se Romanorum Imperatorem. Hoc demum ab illo differt, quod hominibus, praesertim tot numero, interitum afferre Philosophum minime deceat, idque ex disciplina Platonis: cuius tu cum sis consultus, ab omni utique caede puram agere vitam debes. At illum nihil vetat sibi armis vendicare provincias, iure veteri ad*

προσηκούσης ἀρχῇ. ταύτῃ ὁ Θευδάτος τῇ ὑποθήκῃ ἀναπεισθεὶς ὡμολόγησεν Ἰουστινιανῷ βασιλεῖ τῆς ἡγεμονίας ἐκστήσεσθαι. καὶ κατὰ ταὐτὰ αὐτός τε καὶ ἡ γυνὴ ὤμοσε. τόν τε Πέτρον ὅρ- B *κοις κατέλαβεν, ὡς οὐ πρότερον ἔκπυστα ταῦτα ποιήσεται, πρὶν ἂν βασιλέα οὐκ ἐνδεχόμενον τὴν προτέραν ξύμβασιν ἴδοι. καὶ Ῥούστικον τῶν τινα ἱερέων καὶ αὐτῷ μάλιστα ἐπιτηδείων, ἄνδρα Ῥωμαῖον, ἐπὶ ταύτῃ τῇ ὁμολογίᾳ ξὺν αὐτῷ ἔπεμψεν. οἷς δὴ καὶ γράμματα ἐνεχείρισε.*

Πέτρος μὲν οὖν καὶ Ῥούστικος ἐν Βυζαντίῳ γενόμενοι τὰ πρότερον δόξαντα βασιλεῖ ἤγγειλαν, καθάπερ Θευδάτος σφίσιν ἐπέστελλεν. ἐπεὶ δὲ τοὺς λόγους ἐνδέχεσθαι βασιλεὺς ἥκιστα ἤθελε, τὰ ἐν ὑστέρῳ γεγραμμένα ἐπέδειξαν. ἐδήλου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Οὐ γέγονα μὲν, βασιλεῦ, ἐπηλύτης αὐλῆς. τετύχηκε C *γάρ μοι τετέχθαι τε ἐν βασιλέως θείου καὶ τετράφθαι τοῦ γένους ἀξίως· πολέμων τε καὶ τῶν ἐν τούτοις θορύβων εἰμὶ οὐ παντελῶς ἔμπειρος. περὶ λόγων γὰρ ἀκοὴν ἄνωθεν ἐρωτικῶς ἐσχηκότι μοι καὶ διατριβὴν ἐς τοῦτο ἀεὶ πεποιημένῳ ξυμβαίνει τῆς ἐν ταῖς μάχαις ταραχῆς ἑκαστάτω ἐς τόδε εἶναι. ὥστε ἥκιστά με εἰκὸς τὰς ἐκ τῆς βασιλείας ζηλοῦντα τιμὰς τὸν κατὰ κίνδυνον διώκειν βίον, ἐξὸν ἀμφοῖν ἐκποδὼν ἵστασθαι. τούτοιν γάρ μοι οὐδέτερον ἐν ἡδονῇ ἐστι· τὸ μὲν, ὅτι κόρῳ τετίμηται· πλησμονὴ γὰρ ἡδέων ἁπάντων· τὸ δὲ, ὅτι τὸ μὴ ἐθισθῆναι ἐς ταραχὴν φέρει.*

14. *βασιλέως*] *βασιλείοις* Pm et Grotius. 20. *οὐδέτερον* Classenus. Vulgo *οὐδὲν ἕτερον*. 21. *τετίμηται*] *ἠτίμηται* Grotius.

ipsius Imperium pertinentes. Hac inductus commonitione Theodatus, se Iustiniano Aug. cessurum regno spopondit, et promissum iureiurando cum uxore firmavit. At una Petrum iurare compulit, non prius ipsum haec editurum, quam ab Imperatore priorem reiici pactionem videret: cum eo Rusticum (id viro nomen erat Romano ac Sacerdoti, quo familiarissime utebatur) ut de his coram transigeret, destinavit, et utrique literas dedit.

Ergo Petrus et Rusticus, postquam advenere Byzantium, ex praescripto Theodati, primum quidem priora pacta Imperatori exponunt: deinde vero conditionem repudianti, posteriores literas exhibent: quarum haec erat sententia. *Equidem in aula non sum extraneus; cum et in avunculi Regia natus sim, et pro dignitate generis educatus: at bella eorumque tumultus non plane didici usu. Quippe cum a puero Musarum amore captus, rationem cum illis semper habuerim, longissime ab infesto strepitu Martis hactenus abfui: ita ut nihil sit, cur armorum alea plenam nunc sequar vitam, gloriae regnandi cupidus; quando amoliri utrumque licet,* [*bellum inquam et regnum*]. *Mihi certe neutrum arridet: hoc quidem, quoniam satietate mulctatur atque fastidio, suavibus omnibus moveri solito; illud vero, quia rerum insolentia perturbatio-*

D ἐγὼ δὲ, εἴ μοι χωρία γένηται οὐχ ἧσσον ἢ δώδεκα κεντηναρίων ἐπέτειον φέροντα πρόσοδον, περὶ ἐλάσσονος ἂν αὐτῶν τὴν βασιλείαν ποιήσαιμι, καί σοι τὸ Γότθων τε καὶ Ἰταλιωτῶν αὐτίκα ἐγχειριῶ κράτος. ὡς ἔγωγε ἥδιον ἂν ξὺν τῇ ἀπραγμοσύνῃ γεωργὸς εἴην ἢ ἐν μερίμναις βασιλικαῖς βιῴην, κινδύνοις ἐκ κινδύνων παραπεμπούσαις. ἀλλὰ πέμπε ἄνδρα ὡς τάχιστα, ὅτῳ με Ἰταλίαν τε καὶ τὰ τῆς βασιλείας πράγματα παραδοῦναι προσήκει." Θευδάτου μὲν ἡ γραφὴ τοσαῦτα ἐδήλου. βασιλεὺς δὲ ὑπεράγαν ἡσθεὶς ἀμείβεται ὧδε „Πάλαι μέν σε ξυνετὸν εἶναι ἀκοῇ εἶχον, νῦν δὲ καὶ τῇ πείρᾳ μεμαθηκὼς οἶδα οἷς οὐκ ἔγνωκας τὸ τοῦ πολέμου καραδοκεῖν πέρας. ὅπερ ἤδη πεπονθότες τινὲς ἐν τοῖς με-
P 323 γίστοις ἐσφάλησαν. καί σοι οὔ ποτε μεταμελήσει φίλους ἡμᾶς
H 174 ἀντὶ πολεμίων ποιησαμένῳ. ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἅπερ αἰτεῖς παρ' ἡμῶν ἕξεις, καὶ προσέσται σοι ἐν ταῖς πρώταις Ῥωμαίων τιμαῖς
V 12 ἀναγράπτῳ εἶναι. νῦν μὲν οὖν Ἀθανάσιον καὶ Πέτρον ἀπέσταλκα, ὅπως ὁμολογίᾳ τινὶ ἑκατέρῳ τὸ βέβαιον ἔσται. ἥξει δὲ ὅσον οὔπω καὶ Βελισάριος παρὰ σὲ, πέρας ἅπασιν ἐπιθήσων ὅσα ἂν ἐν ἡμῖν ξυγκείμενα ᾖ." ταῦτα βασιλεὺς γράψας Ἀθανάσιόν τε τὸν τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀδελφὸν, ὃς πρώην ἐς Ἀταλάριχον,
B ὥσπερ ἐρρήθη, ἐπρέσβευσε, καὶ Πέτρον αὖθις τὸν ῥήτορα ἔπεμψεν, οὗ πρόσθεν ἐμνήσθην, ἐντειλάμενος τὰ μὲν χωρία τῆς βασιλέως οἰκίας, ἣν δὴ πατριμώνιον καλοῦσι, Θευδάτῳ νεῖμαι,

17. παρὰ σὲ L. παρά σε P. 20. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 22. πατριμώνιον] Vulgo πατριμόνιον.

nem parit. Si modo habeam praedia, unde mihi quotannis auri pondo saltem mille et ducenta proveniant, regnum his posthabebo, ac tibi statim Gotthorum Italorumque imperium tradam: ut qui terram animo vacuo colere malim, quam regales inter sollicitudines vivere, quae me in alia ex aliis pericula mittant. Age, eum ocyus huc virum destina, cui conveniat, a me Italiam, et quidquid ad regnum spectat accipere. Haec significabat epistola Theodati: cui Imperator, summa auctus laetitia, in hunc modum rescripsit. *Te virum cordatum esse fama pridem acceperam: nunc vero etiam experientia doctus talem agnosco, dum statuis non expectare exitum belli: quae demens expectatio iam quosdam in summi momenti rebus fefellit. At te nunquam poenitebit, quod nos ex hostibus amicos feceris: verum concessis iis, quae postulas, illud accedet, ut amplissimis Romanorum Magistratibus ascribaris. In praesenti Athanasium ac Petrum destino, rem ita composituros, ut ea praeclare stet utrique nostrum. Belisarius quoque propediem te conveniet, omnibus, quaecunque inter nos pepigerimus, extremam impositurus manum.* Haec ubi scripsit Imperator, Athanasium, fratrem Alexandri, legatione apud Atalaricum antea functi, ut dictum est, iterumque Petrum causidicum, de quo supra memini, misit, cum his mandatis; ut fundos, domui Regis addictos, quos patrimonium vocant, Theodato attribuerent: cum pacta re-


γράμματα δὲ καὶ ὅρκους ὀχύρωμα ταῖς ξυνθήκαις ποιησαμένους οὕτω δὴ ἐκ Σικελίας Βελισάριον μεταπέμψασθαι, ἐφ' ᾧ τά τε βασίλεια καὶ Ἰταλίαν παραλαβὼν ξύμπασαν ἐν φυλακῇ ἔχει. καὶ Βελισαρίῳ ἐπέστελλεν ὥστε αὐτὸν, ἐπειδὰν μεταπέμψωνται, κατὰ τάχος ἥκειν.

ζ. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα βασιλεὺς ἔπρασσε καὶ οἱ πρέσβεις οὗτοι C *ἐς Ἰταλίαν ἐστέλλοντο, ἐν τούτῳ Γότθοι, ἄλλων τε καὶ Ἀσιναρίου καὶ Γρίππα σφίσιν ἡγουμένων, στρατῷ πολλῷ ἐς Δαλματίαν ἦκον. ἐπειδή τε Σαλώνων ἄγχιστα ἵκοντο, Μαυρίκιος σφίσιν, ὁ Μούνδου υἱὸς, οὐκ ἐς παράταξιν, ἀλλ' ἐπὶ κατασκοπῇ ἥκων ξὺν ὀλίγοις τισὶν ὑπηντίαζε. καρτερᾶς δὲ γενομένης τῆς προσβολῆς Γότθων μὲν οἱ πρῶτοι καὶ ἄριστοι ἔπεσον, Ῥωμαῖοι δὲ σχεδὸν ἅπαντες καὶ Μαυρίκιος ὁ στρατηγός. ὅπερ ἐπεὶ ἤκουσε Μοῦνδος, περιώδυνός τε γενόμενος τῇ ξυμφορᾷ καὶ θυμῷ πολλῷ* D *ἤδη ἐχόμενος, αὐτίκα μάλα ἐπὶ τοὺς πολεμίους οὐδενὶ κόσμῳ ᾔει. τῆς τε μάχης καρτερᾶς γεγενημένης τὴν Καδμείαν νίκην Ῥωμαίοις νικῆσαι ξυνέπεσε. τῶν μὲν γὰρ πολεμίων ἐνταῦθα οἱ πλεῖστοι ἔπεσον καὶ ἡ τροπὴ λαμπρὰ ἐγεγόνει, Μοῦνδος δὲ κτείνων καὶ ὅποι παρατύχοι ἑπόμενος κατέχειν τὴν διάνοιαν τῇ τοῦ παιδὸς ξυμφορᾷ ὡς ἥκιστα ἔχων ὑφ' ὅτου δὴ τῶν φευγόντων πληγεὶς ἔπεσε, καὶ ἥ τε δίωξις ἐς τοῦτο ἐτελεύτα καὶ τὰ στρατόπεδα ἑκάτερα* P 324 *διελέλυντο. τότε Ῥωμαῖοι ἀνεμνήσθησαν τοῦ Σιβύλλης ἔπους, ὅπερ ᾀδόμενον ἐν τῷ πρὶν χρόνῳ τέρας αὐτοῖς ἔδοξεν εἶναι. ἔλεγε*

1. καὶ ὅρκους] καὶ om. L. 8. Γρίππα] γρίπα HL: Grippa Pers.
9. Σαλώνων] σαλωνῶν L. 16. καρτερᾶς H. κρατερᾶς P.

tulissent in tabulas, ac iuramentis firmassent, Belisarium accerserent e Sicilia, quo Palatium omnemque Italiam reciperet et custodiret. Ipsi demum Belisario iniunxit ut ab illis accitus maturaret.

7. Dum haec tractat Imperator, et Legati, quos dixi, in Italiam proficiscuntur, interea Gotthi cum magno exercitu, Asinario, Grippa, aliisque ducibus, in Dalmatiam veniunt. Quibus ad Salonas progressis occurrit cum exigua manu Mauricius, Mundi filius, explorandi gratia, non pugnandi. Nihilominus acri commisso certamine, hinc Gotthorum primarii fortissimique, illinc Romani fere omnes cum duce Mauricio ceciderunt. Mundus, accepto nuntio, magnum ex infelici casu dolorem cepit: mox, ira ardens, adversus hostem incomposite properat. Validissime confligitur: ac victoria quidem Romanis cedit, sed Cadmea. Confectis enim plerisque hostium, cum caeteri palam fugerent, Mundus caede furens, ac temere insequens, nec valens commotum filii casu animum cohibere, a quodam fugientium vulneratus occubuit: tandem hostis urgeri desitus, et uterque exercitus digressus est. Tunc Romani in memoriam revocarunt Sibyllinum oraculum, quod antea decantatum prodigii loco habe-

γὰρ τὸ λόγιον ἐκεῖνο ὡς, ἡνίκα ἂν Ἀφρικὴ ἔχηται, ὁ κόσμος ξὺν τῷ γόνῳ ὀλεῖται. τὸ μέντοι χρηστήριον οὐ τοῦτο ἐδήλου, ἀλλ᾽ ὑπειπὸν ὅτι δὴ αὖθις ὑπὸ Ῥωμαίοις Λιβύη ἔσται καὶ τοῦτο ἐπεῖπεν, ὅτι τότε ξὺν τῷ παιδὶ ἀπολεῖται Μοῦνδος. λέγει γὰρ ὧδε, ἀερίσας ἄρτα  *τζεριστασι. ἐπεὶ δὲ κόσμος τῇ Λατίνων φωνῇ ὁ Μοῦνδος δύναται, ᾤοντο ἀμφὶ τῷ κόσμῳ τὸ λόγιον εἶναι. ταῦτα μὲν δὴ ὧδέ πη ἔσχεν. ἐς δὲ Σάλωνας εἰσῆλθεν οὐδείς. οἵ τε γὰρ Ῥωμαῖοι ἐπ᾽ οἴκου ἀνεχώρησαν, ἐπεὶ ἄναρχοι τὸ παράπαν ἐλείποντο, καὶ οἱ Γότθοι τῶν ἀρίστων οὐδενὸς σφίσιν ἀπολελειμμένου ἐς δέος ἐλθόντες τὰ ἐκείνῃ φρούρια ἔσχον· οὐδὲ γὰρ Σαλώνων τῷ περιβόλῳ ἐπίστευον, ἄλλως τε καὶ οὐ λίαν αὐτοῖς εὐνοϊκῶς ἐχόντων Ῥωμαίων, οἳ ταύτῃ ᾤκηντο.*

B

Ταῦτα ἐπεὶ Θευδάτος ἤκουσε, τοὺς πρέσβεις ἤδη που παρ᾽ αὐτὸν ἥκοντας ἐν οὐδενὶ ἐποιήσατο λόγῳ. εἰς γὰρ ἀπιστίαν ἱκανῶς ἐπεφύκει καὶ βέβαιον τὴν διάνοιαν οὐδαμῇ εἶχεν, ἀλλ᾽ ἀεὶ αὐτὸν ἡ παροῦσα τύχη ἀλόγως τε καὶ τῶν καθ᾽ ἑαυτὸν οὐκ C *ἐπαξίως ἔς τε ὀρρωδίαν ἀπῆγε μέτρον οὐκ ἔχουσαν καὶ αὖθις ἐς ἄφατόν τι ἀντικαθίστη θράσος. καὶ τότε γοῦν τοῦ θανάτου πέρι τοῦ Μούνδου τε ἀκούσας καὶ Μαυρικίου ἐπήρθη τε ὑπερά-*

4. *λέγει γὰρ ὧδε*] Sibyllinum illud oraculum, quod hic legis, ita cusum exhibet Ioannes Opsopaeus in Sibyllinorum oraculorum fragmentis p. 432. *ἀερίσας ἄρτα*  Malt. In marginibus HP scriptum . 7. *σάλωνας* L. *Σαλώνας* P. 8. *ἀνεχώρησαν*] *ἐχώρησαν* L. 9. *καὶ οἱ* L. *οἱ* H. *οἱ δὲ* P.

bant. Sic enim illud accipiebant, ut dicerent, post captam Africam, Orbem sua progenie ad interitum redactum iri. Non erat haec sententia vaticinii: sed praenuntiato Africae reditu in ditionem Romanam, id sequebatur; tunc Mundum cum filio periturum. Etenim his verbis constabat: *Africa capta, Mundus cum nato peribit.* Et quoniam Mundus Latine Orbem universum significat, ad Orbem oraculum referebant. Sed haec hactenus. Salonas autem nemo se recepit. Nam et Romani, omnino orbati ducibus, rediere domum; et Gotthos, amisso exercitus robore, in regionis illius castella metus compulit. Neque enim Salonarum muris fidebant, praesertim cum Romani, urbis illius incolae, ipsis parum studerent.

Theodatus, his auditis, Legatos, qui ad ipsum iam venerant, nullo numero habere coepit. Erat enim perfidiosus natura, itaque mobilis, ut Fortuna, quaecunque adesset, eum temere, et contra personae ac muneris dignitatem, iam immodico terrore deiiceret; iam audacia efferret tanta, quantam verbis consequi nequeo. Tunc igitur allato necis Mundi ac Mauricii nuntio supra modum et rerum gestarum conditionem elatus, Le-

γαν καὶ οὐ κατὰ λόγον τῶν πεπραγμένων, καὶ τοὺς πρέσβεις ἤδη
παρ' αὐτὸν ἥκοντας ἐρεσχελεῖν ἠξίου. καὶ ἐπειδὴ αὐτῷ Πέτρος V 13
ποτὲ, ἅτε ὑπερβάντι τὰ βασιλεῖ ὡμολογημένα, ἐλοιδορεῖτο, ἄμφω
Θευδάτος δημοσίᾳ καλέσας ἔλεξε τοιάδε „Σεμνὸν μὲν τὸ χρῆμα
τῶν πρέσβεων καὶ ἄλλως ἔντιμον καθέστηκεν ἐς πάντας ἀνθρώπους, τοῦτο δὲ τὸ γέρας ἐς τόδε οἱ πρέσβεις ἐν σφίσιν αὐτοῖς
διασώζουσιν, ἐς ὃ τῇ σφετέρᾳ ἐπιεικείᾳ φυλάξωσι τὸ τῆς πρεσβείας ἀξίωμα. κτεῖναι γὰρ ἄνδρα πρεσβευτὴν ἐνδίκως νενομίκασιν ἄνθρωποι, ὅταν ἢ ἐς βασιλέα ὑβρίσας φαίνηται, ἢ γυ- D
ναικὸς ἄλλῳ ξυνοικούσης ἐς εὐνὴν ἔλθοι.“ Θευδάτος μὲν ταῦτα
ἐς Πέτρον ἀπέρριψεν, οὐχ ὅτι γυναικὶ ἐπλησίαζεν, ἀλλ' ὅπως
ἰσχυρίσαιτο ἐγκλήματα γίνεσθαι ἐς πρεσβευτοῦ θάνατον ἄγοντα.
οἱ δὲ πρέσβεις ἀμείβονται τοῖσδε „Οὐ δὴ ταῦτα, ὦ Γότθων
ἀρχηγὲ, ᾗπερ εἴρηκας ἔχει, οὐδ' ἂν σὺ παραπετάσμασιν οὐχ
ὑγιαίνουσιν ἀνόσια ἔργα ἐς ἀνθρώπους πρέσβεις ἐνδείξαιο. μοιχῷ H 175
μὲν γὰρ οὐδὲ βουλομένῳ πρεσβευτῇ πάρεστι γίνεσθαι, ᾧ γε οὐδὲ
ὕδατος μεταλαγχάνειν ὅτι μὴ γνώμῃ τῶν φυλασσόντων ῥᾴδιόν P 325
ἐστι. λόγους δὲ, ὅσους ἂν ἐκ τοῦ πέμψαντος ἀκηκοὼς εἴπῃ,
οὐκ αὐτὸς τὴν ἐντεῦθεν αἰτίαν, ἥν γε οὐκ ἀγαθοὶ τύχωσιν ὄντες,
εἰκότως ἂν λάβοι, ἀλλ' ὁ μὲν κελεύσας φέροιτο ἂν δικαίως τὸ
ἔγκλημα τοῦτο, τῷ δὲ πρεσβευτῇ τὸ τὴν ὑπουργίαν ἐκτελέσαι
περίεστι μόνον. ὥστε ἡμεῖς μὲν ἅπαντα ἐροῦμεν ὅσα ἀκούσαντες πρὸς βασιλέως ἐστάλημεν, σὺ δὲ ὅπως ἀκούσῃ πρᾴως (τα-

7. ἐς ὃ τῇ] Vulgo ἑώσου.

gatos, quos iam acceperat, argute ludificari aggressus est, ac die quodam, cum ei Petrus pactionem, quam cum Imperatore confecerat, violatam exprobrasset, accitis ambobus publice haec verba protulit. *Augusta quidem est, et apud omnes gentes verenda admodum Legationis functio. Hoc autem honore tamdiu Legati merito fruuntur, dum Legationis dignitatem modestia sua retinent. Etenim iure communi gentium occiditur Legatus, qui vel in Regem aperte fuit contumeliosus, vel torum cuiuspiam temeravit.* His Petrum Theodatus perstrinxit, non quod ille cum femina rem habuisset; verum ut ostenderet esse crimina, quae Legatum capitali supplicio obnoxium redderent. Legati vero sic responderunt. *Haec non ita se habent, ut dixisti, Gotthorum Princeps, nec tu Legatos gravium scelerum reos feceris, levibus vanisque praetextibus. Nequit enim, ut maxime velit, adulter esse Legatus, qui ne aquam quidem habere facile possit, nisi eorum, a quibus asservatur, permissu. Quod ad verba illius attinet, cum is omnia refert, quae a delegante accepit; si qua est in his culpa, eam iure sustineat qui imperavit, non Orator, in quo nihil, nisi ministri operam, spectes. Quare quidquid ex Imperatoris ore exceptum afferimus, dicemus: tu vero fac animo tranquillo audias: nam perturba-*

ῥαττομένῳ γάρ σοι ἀδικεῖν ἀνθρώπους πρέσβεις λελείψεται) ὥρα σοι ἑκόντι ἐπιτελεῖν ὅσα βασιλεῖ ὡμολόγησας. ἐπ' αὐτὸ γὰρ τοῦτο ἡμεῖς ἥκομεν. ἐπιστολὴν, ἥν σοι ἔγραψεν, ἤδη λαβὼν B ἔχεις, τὰ δὲ γράμματα, ἃ τοῖς Γότθων πρώτοις ἔπεμψεν, οὐκ ἄλλοις τισὶν ἢ αὐτοῖς δώσομεν.“ ταῦτα τῶν πρέσβεων εἰπόντων, ἐπεὶ παρόντες οἱ τῶν βαρβάρων ἄρχοντες ἤκουσαν, Θευδάτῳ ἐγχειρίσαι τὰ γεγραμμένα σφίσιν ἐπέστελλον. εἶχε δὲ ὧδε ,,Ἐπιμελὲς γέγονεν ἡμῖν ἐν πολιτείᾳ ὑμᾶς ἀνελέσθαι τῇ ἡμετέρᾳ, ᾧπερ ὑμᾶς ἡσθῆναι εἰκός. οὐ γὰρ ἐπὶ τῷ ἐλασσοῦσθαι, ἀλλ' ὅπως ἀξιώτεροι ἔσοισθε, ἐς ἡμᾶς ἥξετε. ἄλλως τε οὐκ ἐς ἤθη ξένα ἢ ἄλλως ἀγνῶτα Γότθους καλοῦμεν, ἀλλ' ὡς ἐθάσι γενομένοις ἡμῖν, κἂν ἐπὶ καιροῦ διεστάναι τετύχηκε. διὰ ταῦτα τοίνυν Ἀθανάσιός τε καὶ Πέτρος ἐστάλησαν, οἷς ὑμῖν ἐς ἅπαντα C ξυλλαβέσθαι χρεών.“ τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Θευδάτος δὲ ἅπαντα ἀναλεξάμενος οὔτε τι ἔργῳ ἐπιτελεῖν ὧν βασιλεῖ ὑπέσχετο ἔγνω καὶ τοὺς πρέσβεις ἐν φυλακῇ οὐ μετρίᾳ εἶχε.

Βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς ἐπεὶ ταῦτά τε καὶ τὰ ἐν Δαλματίᾳ ξυνενεχθέντα ἠκηκόει, Κωνσταντιανὸν μὲν, ὃς τῶν βασιλικῶν ἱπποκόμων ἦρχεν, εἰς Ἰλλυριοὺς ἔπεμψε, στρατιάν τε αὐτῷ ἐπιστείλας ἀγεῖραι καὶ Σαλώνων ἀποπειράσασθαι, ὅπως ἂν αὐτῷ δυνατὸν εἴη· Βελισάριον δὲ ἐς Ἰταλίαν τε κατὰ τάχος ἐκέλευεν ἰέναι καὶ Γότθοις ὡς πολεμίοις χρῆσθαι. Κωνσταντιανὸς μὲν D οὖν ἐς Ἐπίδαμνόν τε ἀφικόμενος καὶ χρόνον τινὰ διατρίψας ἐν-

9. ᾧπερ LPm. ὥσπερ HP. 10. ἔσοισθε] ἐσεῖσθε H.

tus, *huc facile prolaberis, ut Legatorum ius violes. Nunc demum tempus est quaecunque Imperatori promisisti, implere sponte; eamque ob causam venimus, et tibi scriptas ab eo literas iam accepisti: quas autem ad Optimates Gotthorum dedit, ipsis tantum reddemus.* Haec a Legatis dicta cum audiissent, qui aderant, Barbarorum primores, missas ad se literas iussere tradi Theodatq: erant autem huiusmodi. *Id nobis cordi est, ut vos in nostrae Rei corpus publicae recipiamus: quod vobis iucundissmum esse debet. Venturos enim ad nos, non imminutio dignitatis, sed accessio manet et cumulus. In primis valeat, quod Gotthos non ad externa et ignota ipsis domicilia invitamus: verum familiares accimus nostros post interruptam aliquanto spatio consuetudinem. Quamobrem Athanasium et Petrum misimus, quorum operam iuvare vos in omnibus decet.* Haec erat literarum significatio; quas Theodatus cum perlegisset, longe aversus a praestanda Augusto promissi fide, Legatos severa custodia septos tenuit.

Postquam haec Iustinianus Aug. et quae in Dalmatia contigerant, audiit; Constantianum, sacri stabuli Comitem, in Illyricum misit, iussitque exercitum cogere, et Salonas tentare pro viribus: Belisario mandavit, ut in Italiam properaret, et pro hostibus haberet Gotthos. Ubi venit Epidamnum Constantianus, aliquandiu moratus ibi, conflavit exerci-

ταῦθα στρατιὰν ἤγειρεν. ἐν τούτῳ δὲ Γότθοι, Γρίππα σφίσιν ἡγουμένου, στρατῷ ἑτέρῳ ἐς Δαλματίαν ἀφικόμενοι Σάλωνας ἔσχον· Κωνσταντιανός τε, ἐπεί οἱ τὰ τῆς παρασκευῆς ὡς ἄριστα εἶχεν, ἄρας ἐξ Ἐπιδάμνου τῷ παντὶ στόλῳ ὁρμίζεται ἐς Ἐπίδαυρον, ἥ ἐστιν ἐν δεξιᾷ ἐσπλέοντι τὸν Ἰόνιον κόλπον· ἔνθα δὴ ἄνδρας, οὓς ἐπὶ κατασκοπῇ Γρίππας ἔπεμψε, τετύχηκεν εἶναι. καὶ αὐτοῖς τάς τε ναῦς ἐπικατασκοποῦσι καὶ τὸ Κωνσταντιανοῦ στρατόπεδον ἔδοξε θάλασσά τε καὶ ἡ γῆ ξύμπασα στρατιωτῶν ἔμπλεως εἶναι, παρά τε τὸν Γρίππαν ἐπανήκοντες μυριάδας ἀνδρῶν οὐκ ὀλίγας Κωνσταντιανὸν ἐπάγεσθαι ἰσχυρίζοντο. ὁ δὲ ἐς δέος τι μέγα ἐμπεσὼν ὑπαντιάζειν τε τοῖς ἐπιοῦσιν ἀξύμφορον ᾤετο εἶναι καὶ πολιορκεῖσθαι πρὸς τοῦ βασιλέως στρατοῦ, οὕτω δὴ θαλασσοκρατοῦντος, ἥκιστα ἤθελε· μάλιστα δὲ αὐτὸν ξυνετάρασσεν P 326 ὁ τῶν Σαλώνων περίβολος, ἐπεὶ αὐτοῦ τὰ πολλὰ ἤδη καταπεπτώκει καὶ τῶν ταύτῃ ᾠκημένων τὰ ἐς Γότθους κομιδῇ ὕποπτα ἦν. καὶ διὰ τοῦτο ἐνθένδε παντὶ τῷ στρατῷ ἀπαλλαγεὶς ὅτι τάχιστα ἐν τῷ πεδίῳ στρατοπεδεύεται, ὃ μεταξὺ Σαλώνων V 14 καὶ Σκαρδώνης πόλεώς ἐστι. Κωνσταντιανὸς δὲ ταῖς ναυσὶν ἁπάσαις πλέων ἐξ Ἐπιδαύρου, Λίσσῃ προσέσχεν, ἣ ἐν τῷ κόλπῳ κεῖται. ἐνθένδε τε τῶν ἑπομένων τινὰς ἔπεμψεν, ἐφ' ᾧ τὰ ἀμφὶ τῷ Γρίππᾳ διερευνώμενοι ὁποῖά ποτε ᾖ ἐσαγγείλωσιν.

11. ἐς δέος] εἰς δέος L. 16. ὕποπτα] ὕποπτον HL: illud HmLm. ibid. ἀπαλλαγεὶς] ἀλλαγεὶς L. 17. στρατοπεδεύεται] ἐστρατοπεδεύετο L, ε a m. sec. 18. Σκαρδώνης Maltretus. Libri Κρότωνος. *Cremonem* Pers. ibid. ναυσὶν L. ναυσὶ P. 19. Λίσσῃ Maltretus. Libri Λυσίᾳ. *Lysenem appulit* Pers. 20. τινὰς] τινὰ H et L a pr. m.

tum. Interea Gotthi cum aliis copiis, Grippa duce, ingressi Dalmatiam, Salonas obtinuerunt. Optime tandem instructus Constantianus, Epidamno solvit, classemque universam appellit Epidaurum: quae urbs a dextera est sinum Ionium ingredientibus. Ibi tum agebant a Grippa missi exploratores: quibus classem et exercitum Constantiani inspicientibus, et mare et terra armato plena milite visa sunt. Itaque ad Grippam reversi, Constantianum non paucas virorum myriadas secum ducere asseverarunt. Quo ille nuntio perculsus, nec tutum esse ducebat ire obviam adventantibus, nec cingi obsidione a Caesarianis volebat, tam valide maris imperium obtinentibus. Salonarum praesertim muri, quorum iam pars magna corruerat, eum habebant sollicitum, et civium in Gotthos voluntas ipsi valde suspecta erat. Quocirca inde cum omnibus copiis quam celerrime egressus, in campo, Salonas et urbem Scardonam interiacente, castra metatur. Profectus Epidauro Constantianus universa cum classe navigat, et ad Lissam, quae in sinu sita est, applicat. Tum quosdam e suis mittit, renuntiaturos, quae de rebus Grippae explorate compere-

B ἀφ᾽ ὧν δὴ τὸν πάντα λόγον πυθόμενος εὐθὺ Σαλώνων κατὰ τάχος ἔπλει. καὶ ἐπειδὴ αὐτῆς ἄγχιστα ἐγεγόνει, ἀποβιβάσας τὸ στράτευμα ἐς τὴν ἤπειρον αὐτὸς μὲν ἐνταῦθα ἡσύχαζε, πενταχοσίους δὲ τοῦ στρατοῦ ἀπολέξας Σιφύλλαν τε αὐτοῖς ἄρχοντα ἐπιστήσας, τῶν δορυφόρων τῶν αὐτοῦ ἕνα, ἐκέλευε τὴν στενοχωρίαν καταλαβεῖν, ἣν δὴ ἐν τῷ τῆς πόλεως προαστείῳ ἐπύθετο εἶναι. καὶ Σιφύλλας μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίει. Κωνσταντιανὸς δὲ καὶ ἡ στρατιὰ πᾶσα ἐς Σάλωνας τῇ ὑστεραίᾳ ἐσελάσαντες τῷ τε πεζῷ καὶ ταῖς ναυσὶ προσωρμίσαντο. Κωνσταντιανὸς μὲν Σαλώνων τοῦ περιβόλου ἐπεμελεῖτο, ἀνοικοδομούμενος σπουδῇ
C ἅπαντα ὅσα αὐτοῦ καταπεπτώκει· Γρίππας δὲ καὶ ὁ τῶν Γότ-
H 176 θων στρατὸς, ἐπειδὴ Ῥωμαῖοι Σάλωνας ἔσχον, ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἐνθένδε ἀναστάντες ἐπὶ Ῥαβέννης ἀπεκομίσθησαν, οὕτω τε Κωνσταντιανὸς Δαλματίαν τε καὶ Λιβουρνίαν ξύμπασαν ἔσχε, Γότθους προσαγαγόμενος ἅπαντας, οἳ ταύτῃ ἵδρυντο. τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Δαλματίαν ταύτῃ πῃ ἔσχε· καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ πρῶτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνεγράψατο.

D η΄. Βελισάριος δὲ φύλακας ἔν τε Συρακούσῃ καὶ Πανόρμῳ ἀπολιπὼν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐκ Μεσσήνης διέβη ἐς Ῥήγιον (ἔνθα δὴ οἱ ποιηταὶ τήν τε Σκύλλαν γεγονέναι μυθοποιοῦσι καὶ Χάρυβδιν), καὶ αὐτῷ προσεχώρουν ὁσημέραι οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι. τῶν τε γὰρ χωρίων, ἀτειχίστων σφίσιν ἐκ παλαιοῦ ὄντων, φυλακὴν

2. αὐτῆς] αὐτοῖς L. 9. τε om. L. 11. καταπεπτώκει] κατεπεπτώκει L. 19. Μεσσήνης] μεσύνης H. Μεσήνης P. Μεσσήνης Grotius ex MS.

rint. Ab his ordine edoctus omnia, recta Salonas cursum intendit. Proxime urbem delatus, expositis in terram copiis, ipse quidem ibi constitit; delectis vero quingentis, cum Siphyllan, e suis unum Protectoribus, praeposuisset, iniunxit ut angustias occuparent, quas in suburbiis esse audiverat. Siphyllas mandata fecit. Postridie Constantianus omnisque exercitus Salonas terra marique ingressi, in portu classem religarunt. Tum curam Constantianus ad reparandas propere ruinas omnes murorum contulit. Grippas autem et Gotthorum exercitus, septimo post captas a Romanis Salonas die, inde moventes, Ravennam redierunt. Ita demum Constantianus Dalmatiam Liburniamque omnem obtinuit, conciliatis sibi omnibus Gotthis, illarum partium incolis. Eo loci erant Dalmatiae res. Pariter cum hyeme primus annus exiit huius belli, quod literis commisit Procopius.

8. Belisarius, relicto Syracusis et Panormi praesidio, cum caeteris copiis Messana traiecit Rhegium; ubi Scyllam et Charybdin fuisse Poëtae fabulantur. Quotidie confluebant indigenae, in eius fidem se conferentes; cum oppida sua, a multo iam tempore nuda moenibus, tueri nol-

αὐτῶν οὐδαμῇ εἶχον καὶ κατὰ ἔχθος τῶν Γότθων μάλιστα· τῇ
γὰρ παρούσῃ ἀρχῇ, ὡς τὸ εἰκός, ἤχθοντο. ἐκ δὲ Γότθων αὐ-
τόμολος παρὰ Βελισάριον Ἐβριμοὺθ ξὺν παισὶ τοῖς ἑπομένοις
ἦλθεν, ὁ Θευδάτου γαμβρός, ὃς τῇ ἐκείνου θυγατρὶ Θευδενάν- P 327
θῃ ξυνῴκει. αὐτίκα τε παρὰ βασιλέως σταλεὶς, γερῶν τε ἄλλων
ἔτυχε καὶ ἐς τὸ πατρικίων ἀξίωμα ἦλθε. τὸ δὲ στράτευμα ἐκ
Ῥηγίου πεζῇ διὰ Βρουτίων τε καὶ Λευκανῶν ᾔει, παρηκολούθει
τε ἄγχιστα τῆς ἠπείρου ὁ τῶν νηῶν στόλος. ἐπεὶ δὲ ἐς Καμπα-
νίαν ἀφίκοντο, πόλει ἐνέτυχον ἐπιθαλασσίᾳ, Νεαπόλει ὄνομα,
χωρίῳ τε ἐχυρῷ καὶ Γότθων πολλὴν φρουρὰν ἐχούσῃ. καὶ τὰς
μὲν ναῦς Βελισάριος ἐκέλευεν ἐν τῷ λιμένι ἔξω βελῶν ὄντι ὁρμί-
ζεσθαι, αὐτὸς δὲ τῆς πόλεως ἐγγὺς στρατόπεδον ποιησάμενος
πρῶτον μὲν τὸ φρούριον, ὃ ἐν τῷ προαστείῳ ἐστὶν, ὁμολογίᾳ
εἷλεν, ἔπειτα δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει δεομένοις ἐπέτρεπε τῶν τι-
νας λογίμων ἐς τὸ στρατόπεδον πέμψαι, ἐφ' ᾧ ἐπείπωσί τε ὅσα B
αὐτοῖς βουλομένοις ἐστὶ καὶ τοὺς λόγους ἀκούσαντες τοὺς αὐτοῦ
ἐς τὸ πᾶν ἀναγγείλωσιν. αὐτίκα οὖν οἱ Νεαπολῖται Στέφανον
πέμπουσιν. ὃς ἐπεὶ παρὰ Βελισάριον ἧκεν, ἔλεξε τοιάδε „Οὐ
δίκαια ποιεῖς, ὦ στρατηγὲ, ἐπ' ἄνδρας Ῥωμαίους καὶ οὐδὲν
ἀδικοῦντας στρατεύων, οἳ πόλιν τε μικρὰν οἰκοῦμεν καὶ βαρβά-
ρων δεσποτῶν φρουρὰν ἔχομεν, ὥστε οὐδὲ ἀντιπρᾶξαι, ἢν ἐθέ-
λωμεν, ἐφ' ἡμῖν εἶναι. ἀλλὰ καὶ φρουροῖς τοῖσδε ξυμβαίνει παῖ-

3. Ἐβριμοὺθ P ex Reg. *Ebrimirus* Pers. ἐβρίμου H. ἐβρίμος Hm. *ibid.* παισὶ LHm. πᾶσι HP. 7. Βρουτίων] βρυτίων H: illud Hm. 10. χωρίῳ τε ἐχυρῷ] χωρίου τε ἐχυροῦ L. 15. ἐς τὸ] εἰς τὸ L. 18. ἔλεξε] ἔλεγξε L.

lent, maximeque odissent Gotthos, dominatu, quo tunc premebantur, offensi merito. E Gotthis Ebrimuth, gener Theodati, cuius filiam Theodenantham uxorem duxerat, cum omni suo comitatu ad Belisarium transfugit, et statim ad Imperatorem profectus, praeter honores alios, Patricii dignitatem obtinuit. Rhegio exercitus terrestri itinere per Brutiorum et Lucanorum oras processit, prosequente classe non procul a continente. Ingressi Campaniam devenerunt ad urbem maritimam (Neapolin vocant) munitam admodum, et magno Gotthorum praesidio instructam. Ac naves quidem Belisarius in portu extra teli iactum haerere iussit: ipse vero prope urbem metatus, ante omnia castellum suburbanum deditione cepit: deinde civibus, quod petebant, concessit, ut quosdam ex Optimatibus in castra mitterent, qui quaecunque vellent elocuti, vicissim quae ex ipso audissent, publice renuntiarent. Confestim Neapolitani Stephanum destinant, qui ad Belisarium admissus, ita disseruit. *Inique facis, Magister militum, cum bellum infers Romanis insontibus, et urbis parvae incolis, ita constrictis Barbarorum dominorum praesidio, ut, si libeat repugnare, non liceat. Accedit quod isti praesidium apud nos agita-*

δάς τε καὶ γυναῖκας καὶ τὰ τιμιώτατα ὑπὸ ταῖς Θευδάτου χερσὶν ἀπολιποῦσιν ἐπὶ τῇ ἡμετέρᾳ φυλακῇ ἥκειν. οὐκοῦν, ἤν τι ἐς
C ὑμᾶς πράξωσιν, οὐ τὴν πόλιν, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς καταπροδιδόντες φανήσονται. εἰ δὲ δεῖ τἀληθὲς οὐδὲν ὑποστειλαμένους
V 15 εἰπεῖν, οὐδὲ τὰ ξύμφορα ὑμῖν αὐτοῖς βουλευσάμενοι ἐφ' ἡμᾶς ἥκετε. Ῥώμην μὲν γὰρ ἑλοῦσιν ὑμῖν καὶ Νεάπολις οὐδενὶ πόνῳ ὑποχειρία ἔσται, ἐκείνης δέ, ὡς τὸ εἰκός, ἀποκρουσθέντες οὐδὲ ταύτην ἀσφαλῶς ἕξετε. ὥστε τηνάλλως ὁ χρόνος ὑμῖν ἐν τῇ προσεδρείᾳ τετρίψεται ταύτῃ.“ τοσαῦτα μὲν Στέφανος εἶπε.

Βελισάριος δὲ ἀμείβεται ὧδε „Τὸ μὲν εὖ ἢ ἄλλως ἡμᾶς βουλευσαμένους ἐνθάδε ἥκειν οὐ Νεαπολίταις σκοπεῖν δώσομεν. ἃ δέ ἐστι τῆς ὑμετέρας βουλῆς ἄξια, βουλόμεθα σκοπουμένους
D ὑμᾶς οὕτω δὴ πράσσειν ὅσα ἂν ξυνοίσειν ὑμῖν αὐτοῖς μέλλῃ. δέξασθε τοίνυν τὸν βασιλέως στρατὸν ἐπὶ τῇ ἐλευθερίᾳ τε ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων Ἰταλιωτῶν ἥκοντα, καὶ μὴ τὰ πάντων ἀνιαρότατα ἐφ' ὑμῖν ἕλησθε. ὅσοι μὲν γὰρ δουλείαν ἢ ἄλλο τι ἀναδυόμενοι τῶν αἰσχρῶν ἐς πόλεμον χωροῦσιν, οὗτοι δὴ ἔν γε τῷ ἀγῶνι εὐημεροῦντες εὐτυχήματα διπλᾶ ἔχουσι, ξὺν τῇ νίκῃ καὶ τὴν τῶν κακῶν ἐλευθερίαν κτησάμενοι, καὶ ἡσσώμενοι φέρονταί τι αὐτοῖς παραμύθιον, τὸ μὴ ἑκόντες τῇ χείρονι ἕπεσθαι τύχῃ· οἷς δὲ παρὸν ἀμαχητὶ ἐλευθέρους εἶναι, οἱ δὲ ὅπως τὴν δουλείαν βέβαιον ἕξουσιν ἐς ἀγῶνα καθιστῶνται, οὗτοι δὴ καὶ νενικηκό-

3. ὑμᾶς Grotius. Vulgo ἡμᾶς. 9. προσεδρείᾳ] Vulgo προσεδρίᾳ. 12. ὑμετέρας Grotius. ἡμετέρας P. 15. ἀνιαρότατα] Vulgo ἀνιαρώτατα.

uri venerunt, relictis sub Theodati manu liberis, uxoribus, rebusque pretiosissimis. Quare si quid in eum moliti nobiscum fuerint, se ipsi potius prodidisse videbuntur, quam urbem. Ac si verum libere fatendum est, vestris rationibus adversatur susceptum a vobis consilium nos invadendi. Vos quidem, ubi Romam ceperitis, Neapoli quoque nullo negotio potiemini: ab illa autem repulsi, neque hanc, ut patet, obtinebitis tuto. Itaque tempus in hac obsidione inutiliter traducetis. Hactenus Stephanus.

debat, satius esse duxit, ante omnia Ravennam contendere, ut omnibus ibi probe ornatis, bellum susciperet. Advocata igitur concione, ita disseruit. *Coeptis ingentibus, Commilitones, non usus praeceps occasionum, sed consiliorum prudentia eventus prosperos afferre solet. Saepe enim plus profuit tempestiva cunctatio, dum vehemens opera, alieno tempore exhibita, rei bene gerendae spem multis incidit. Etenim qui numero pollent, si imparati pugnent cum hoste viribus pari, facilius vincuntur quam qui, viribus quidem inferiores, sed paratissimi, certamen ineunt. Nolimus igitur in perniciem subito ambitionis impetu ruere: siquidem brevi pudore immortalem gloriam retinere praestat, quam vitata puncto temporis ignominia, probrum, ut apparet, sempiternum subire. Certe scitis Gotthorum quamplurimos ac fere omnem armorum apparatum in Galliis, Venetiis, et regionibus remotissimis esse. Praeterea cum Francis non levius isto susceptum habemus bellum: quo non bene composito, extremae dementiae fuerit aliud inchoare. Nam qui in ambiguo positi, nec in unum hostem intenti sunt, eos vinci consentaneum est. Ego vero sic statuo, Ravennam recta*

γους πόλεμον διαλύσαντας τἆλλα τε διῳκημένους ὡς ἄριστα οὕτω δὴ Βελισαρίῳ παντὶ τῷ Γότθων στρατῷ διαμάχεσθαι. καί μοι τὴν ἀναχώρησιν τήνδε ὑποστελλέσθω μηδείς, μηδὲ φυγὴν αὐτὴν ὀνομάζειν ὀκνείτω. δειλίας μὲν γὰρ προσηγορία ἐπιτηδείως P 339 *προσπεσοῦσα πολλοὺς ὤρθωσεν, ἀνδρείας δὲ ὄνομα οὐκ ἐν τῷ καθήκοντι χρόνῳ τισὶν ἐγγενόμενον, εἶτα ἐς ἧτταν ἐχώρησεν. οὐ γὰρ τοῖς τῶν πραγμάτων ὀνόμασιν, ἀλλὰ τῷ ξυμφόρῳ τῶν ἔργων ἕπεσθαι ἄξιον. ἀνδρός τε γὰρ ἀρετὴν οὐκ ἀρχόμεναι δηλοῦσιν αἱ πράξεις, ἀλλὰ τελευτῶσαι μηνύουσι. φεύγουσι δὲ τοὺς πολεμίους οὐχ οἳ ἂν μετὰ μείζονος τῆς παρασκευῆς αὐτίκα μάλα ἐπ᾽ αὐτοῖς ἥκοιεν, ἀλλ᾽ ὅσοι τὰ σφέτερα αὐτῶν σώματα εἰς ἀεὶ διασώζειν βουλόμενοι ἐκποδὼν ἵστανται. πόλεώς τε τῆσδε ἁλώσεως πέρι μηδενὶ ὑμῶν γινέσθω τι δέος. ἤν τε γὰρ Ῥωμαῖοι* B *ἡμῖν εὐνοϊκῶς ἔχωσι, τὴν πόλιν ἐν βεβαίῳ Γότθοις φυλάξουσιν, ἀνάγκης τε πεῖραν οὐδεμιᾶς ἕξουσιν, ἐπεὶ ἐν βραχεῖ αὐτοῖς ἐπανήξομεν χρόνῳ. καὶ ἤν τι ὕποπτον αὐτοῖς ἐς ἡμᾶς ἐστιν, ἐλάσσω βλάψουσι, τῇ πόλει τοὺς πολεμίους δεξάμενοι. ἄμεινον γὰρ πρὸς δυσμενεῖς ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς διαμάχεσθαι. ὅπως μέντοι μηδὲν ξυμβήσεται τοιοῦτον, ἐγὼ προνοήσω. ἄνδρας τε γὰρ πολλοὺς καὶ ἄρχοντα ξυνετώτατον ἀπολείψομεν, οἳ Ῥώμην φυλάξαι ἱκανοὶ ἔσονται, ὥστε καὶ ταῦτα ἡμῖν ἐν καλῷ κείσεται καὶ οὐδὲν ἂν ἐκ τῆσδε ἡμῶν τῆς ἀναχωρήσεως γένοιτο βλάβος.“*

6. *ἐς*] *εἰς* L. 10. *μετὰ* Lm. Vulgo *κατὰ*. 13. *πέρι*] *περὶ* H. *ibid.* *τι*] *τὸ* L. 17. *ἄμεινον* P ex Vat. *ἀμήχανον* HL.

eundum esse, atque ubi cum Francis confecerimus pacem, optimoque in loco caetera posuerimus, invadendum Belisarium cum omni Gotthorum exercitu. Nec retro mecum cedere quemquam pigeat: quin etiam fugere nos aperte dicat. Enimvero ut opportuna timoris appellatio iuvit multos, ita quosdam perdidit fortitudinis nomen alieno tempore usurpatum. Rerum autem momenta atque utilitates consectari decet, non speciosa vocabula. Porro virtutem viri non facinoris praeclari initium, sed finis probat: nec fugiunt hostem, qui statim ut melius se instruxerint, contra illum proficiscuntur, verum qui sua corpora semper salva et integra cupientes, subducunt sese. Nec vestrum quisquam timeat, ne ista urbe capiatur. Nam si nobis Romani student, eam Gotthis constanti fide servabunt, neque ullam experientur difficultatem, nos propediem ad se reduces accepturi. Sin aliquid in nos cudunt, minus nocebunt, cum in urbem hostes admiserint: satius enim est cum aperto hoste pugnare. Quanquam ne quid eiusmodi contingat, providebo. Quippe milites plurimos ac Praefectum intelligentissimum, qui tuendae Romae sufficiant, relinquemus. Itaque haec bene constituta habebimus, nec detrimentum ullum discessus hic noster pariet.

Οὐίττιγις μὲν τοσαῦτα εἶπεν. ἐπαινέσαντες δὲ Γότθοι C
ἅπαντες παρεσκευάζοντο ἐς τὴν πορείαν. μετὰ δὲ Σιλβερίῳ τε
τῷ τῆς πόλεως ἱερεῖ καὶ Ῥωμαίων τοῖς τε ἐκ βουλῆς καὶ τῷ δήμῳ
πολλὰ παραινέσας Οὐίττιγις, καὶ τῆς Θευδερίχου ἀρχῆς ὑπομνή-
σας, ἐνεκελεύετο ἅπασιν ἐς Γότθων τὸ ἔθνος εὐνοϊκῶς ἔχειν,
ὅρκοις αὐτοὺς δεινοτάτοις ὑπὲρ τούτων καταλαβών, ἄνδρας τε
ἀπολέξας οὐχ ἧττον ἢ τετρακισχιλίους, καὶ αὐτοῖς ἄρχοντα ἐπι-
στήσας Λεύδεριν, ἡλικίας τε πόρρω ἥκοντα καὶ δόξαν ἐπὶ ξυνέ-
σει πολλὴν ἔχοντα, ἐφ' ᾧ Ῥώμην φυλάξουσι σφίσιν, οὕτω δὴ V 23
τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Ῥάβενναν ᾔει, τῶν ἐκ βουλῆς πλείστους ἐν
ὁμήρων λόγῳ ξὺν αὐτῷ ἔχων. καὶ ἐπεὶ ἐνταῦθα ἀφίκετο, Μα- D
τασοῦνθαν τὴν Ἀμαλασούνθης θυγατέρα, παρθένον τε καὶ H 184
ὡραίαν ἤδη οὖσαν, γυναῖκα γαμετὴν οὔ τι ἐθελουσίαν ἐποιήσατο,
ὅπως δὴ βεβαιότερον τὴν ἀρχὴν ἕξει τῇ ἐς γένος τοῦ Θευδερίχου
ἐπιμιξίᾳ. ἔπειτα δὲ ἅπαντας Γότθους πανταχόθεν ἀγείρας διεῖ-
πέ τε καὶ διεκόσμει, ὅπλα τε καὶ ἵππους διανέμων κατὰ λόγον
ἑκάστῳ, μόνους δὲ Γότθους, οἳ ἐν Γαλλίαις φυλακὴν εἶχον,
δέει τῶν Φράγγων οὐχ οἷός τε ἦν μεταπέμπεσθαι. οἱ δὲ Φράγ-
γοι οὗτοι Γερμανοὶ μὲν τὸ παλαιὸν ὠνομάζοντο. ὅντινα δὲ τρό-
πον τε ἐξ ἀρχῆς καὶ ὅπῃ ᾠκημένοι Γαλλίαις τε ἐπεβάτευσαν καὶ
διάφοροι Γότθοις γεγένηνται, ἐρῶν ἔρχομαι.

2. Σιλβερίῳ P ex Vat. Λιβερίῳ HL, consentiente Pers. 3. τοῖς] τῆς HL: illud Lm. 10. ἐς P.] εἰς ῥ. L. 13. ἤδη οὖσαν] οὖσαν ἤδη L.

Haec Vitigis: cui assensi Gotthi omnes, ad iter se accinxerunt. Deinde Silverium urbis Antistitem, Senatum Populumque Rom. multis idem commonefecit, reductoque in memoriam regno Theoderici, omnem hortatus est, ut Gotthorum genti praestarent benevolentiam, sibique eorum fidem gravissimo sacramento devinxit. Delectis minimum quatuor millibus virorum, qui Romam Gotthis custodirent, Leuderin, provecta aetate virum, ac prudentiae laude celebrem praefecit: tum reliquo stipatus exercitu, Ravennam petiit, obsides secum habens Senatores quamplurimos. Eo cum pervenisset, Matasuntham Amalasunthae filiam, maturam iam viro virginem, invitam duxit in matrimonium, ut certius sibi regnum assereret, hoc intimo nexu cum stirpe Theoderici. Deinde contractos undique Gotthos omnes descripsit ordinavitque, arma atque equos singulis pro modo et gradu dividens. Eos tantum Gotthos, qui in Galliarum praesidiis erant, cum sibi a Francis metueret, revocare non poterat. Hi vero Franci dicebantur olim Germani. Quae primae eorum fuerint sedes, et quo pacto Gallias occupaverint, ac demum hostiles cum Gotthis susceperint inimicitias, narrare aggredior.

P 340 ιβ΄. Τὴν θάλασσαν ἔκ τε τοῦ ὠκεανοῦ καὶ Γαδείρων ἐσπλέοντι χώρα μὲν ἡ ἐν ἀριστερᾷ, ὥσπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, Εὐρώπη ὠνόμασται, ἡ δὲ ἀντιπέρας αὐτῇ Λιβύη ἐκλήθη, ἣν δὴ προϊόντες Ἀσίαν καλοῦσι. Λιβύης μὲν οὖν τὰ ἐπέκεινα ἐς τὸ ἀκριβὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· ἔρημος γάρ ἐστιν ἐπὶ πλεῖστον ἀνθρώπων, καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ πρώτη τοῦ Νείλου ἐκροὴ οὐδαμῇ ἔγνωσται, ὃν δὴ ἐπ᾽ Αἰγύπτου ἐνθένδε φέρεσθαι λέγουσιν. Εὐρώπη δὲ εὐθὺς ἀρχομένη Πελοποννήσῳ βεβαιότατα ἐμφερής ἐστι καὶ πρὸς θαλάσσῃ ἑκατέρωθι κεῖται. καὶ χώρα μὲν ἡ πρώτη ἀμφί τε τὸν ὠκεανὸν καὶ δύοντα ἥλιον Ἰσπανία ὠνόμασται, ἄχρι
B ἐς Ἄλπεις τὰς ἐν ὄρει τῷ Πυρηναίῳ οὔσας. Ἄλπεις δὲ καλεῖν τὴν ἐν στενοχωρίᾳ δίοδον οἱ ταύτῃ ἄνθρωποι νενομίκασι. τὸ δὲ ἐνθένδε μέχρι τῶν Λιγουρίας ὁρίων Γαλλία ἐκλήθη. ἔνθα δὴ καὶ Ἄλπεις ἕτεραι Γάλλους τε καὶ Λιγούρους διορίζουσι. Γαλλία μέντοι Ἰσπανίας πολλῷ εὐρυτέρα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐστὶν, ἐπεὶ ἐκ στενοῦ ἀρχομένη Εὐρώπη ἐς ἄφατόν τι εὖρος ἀεὶ προϊόντι κατὰ λόγον χωρεῖ. χώρα δὲ αὕτη ἑκατέρα τὰ μὲν πρὸς βορρᾶν ἄνεμον πρὸς τοῦ ὠκεανοῦ περιβάλλεται, τὰ δὲ πρὸς νότον θάλασσαν τὴν Τυρρηνὴν καλουμένην ἔχει. ἐν Γάλλοις δὲ ἄλλοι τε ποταμοὶ καὶ Ῥοδανός τε καὶ Ῥῆνος ῥέουσι. τούτοιν τὴν ὁδὸν
C τὴν ἐναντίαν ἀλλήλοιν ἰόντοιν ἅτερος μὲν ἐκδίδωσιν ἐς τὴν Τυρ-

2. ἀριστερᾷ P. δεξιᾷ HL. 8. ἐρρήθη] ἐῤῥέθη P. 14. διορίζουσι] διορίζουσαι H. 19. Τυρρηνὴν] τυρηνὴν L, et infra. 20. Ῥοδανός] ἠριδανός HL: illud Lm. *Rhodanus* Pers. ibid. τὴν ὁδὸν P ex Vat. τοῖν ὁδοῖν HL. 21. τυρρηνικὴν Vat. ut p. 350 c. Vulgo Τυρρηνὴν.

12. Europa dicitur pars Orbis ad eorum sinistram sita, qui in mare mediterraneum ab Oceano et Gadibus provehuntur, ut in superioribus libris commemoravi. Africae vero nomen accepit opposita continens: quam deinde Asiam vocant, qui porro tendunt. De ulterioribus Africae partibus explorate non possum scribere, propter immensas solitudines. Quo etiam fit, ut nos penitus lateat origo Nili, quem in Aegyptum inde decurrere perhibent. Europa, ipso statim initio plane Peloponneso similis, utrinque mari alluitur, ac prima illius portio, quae magis ad Oceanum Solemque occidentem porrigitur, appellatur Hispania ad Alpes usque montis Pyrenaei. Alpium vero nomen perviis montium angustiis tribuunt regionum illarum incolae. Sequitur Gallia, quam vocant usque ad Liguriae fines: ubi Alpes aliae Gallos a Liguribus discludunt. Porro Gallia multo maiorem, quam Hispania, latitudinem habet, ut par est. Incipiens enim ab angusto Europa, in progressu patescit amplissima proportione. Utriusque illius regionis latus Aquilonare, Oceano; Australe, mari, quod nominant Tyrrhenum, ambitur. Galliam cum alii rigant fluvii tum Rhodanus ac Rhenus: qui sic diversi abeunt, ut alter in mare

ρηνικὴν θάλασσαν, Ῥῆνος δὲ ἐς τὸν ὠκεανὸν τὰς ἐκβολὰς ποιεῖται. λίμναι τε ἐνταῦθα, οὗ δὴ Γερμανοὶ τὸ παλαιὸν ᾤκηντο, βάρβαρον ἔθνος, οὐ πολλοῦ λόγου τὸ κατ᾽ ἀρχὰς ἄξιον, οἳ νῦν Φράγγοι καλοῦνται. τούτων ἐχόμενοι Ἀρβόρυχοι ᾤκουν, οἳ ξὺν πάσῃ τῇ ἄλλῃ Γαλλίᾳ καὶ μὴν καὶ Ἱσπανίᾳ Ῥωμαίων κατήκοοι ἐκ παλαιοῦ ἦσαν. μετὰ δὲ αὐτοὺς ἐς τὰ πρὸς ἀνίσχοντα ἥλιον Θόριγγοι βάρβαροι, δόντος Αὐγούστου πρώτου βασιλέως, ἱδρύσαντο. καὶ αὐτῶν Βουργουζίωνες οὐ πολλῷ ἄποθεν πρὸς νότον ἄνεμον τετραμμένοι ᾤκουν, Σουάβοι τε ὑπὲρ Θοριγγων καὶ Ἀλα- P 341 μανοί, ἰσχυρὰ ἔθνη. οὗτοι αὐτόνομοι ἅπαντες ταύτῃ τὸ ἀνέκαθεν ἵδρυντο.

Προϊόντος δὲ χρόνου Οὐισίγοτθοι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν βιασάμενοι Ἱσπανίαν τε πᾶσαν καὶ Γαλλίας τὰς ἐκτὸς Ῥοδανοῦ ποταμοῦ κατηκόους σφίσιν ἐς φόρου ἀπαγωγὴν ποιησάμενοι ἔσχον. ἐτύγχανον δὲ Ἀρβόρυχοι τότε Ῥωμαίων στρατιῶται γεγενημένοι. οὓς δὴ Γερμανοὶ κατηκόους σφίσιν ἐθέλοντες, ἅτε ὁμόρους ὄντας καὶ πολιτείαν ἣν εἶχον πάλαι καταβαλόντας, ποιήσασθαι V 24 ἐληίζοντό τε καὶ πανδημεὶ πολεμησείοντες ἐπ᾽ αὐτοὺς ᾔεσαν. Ἀρβόρυχοι δὲ ἀρετήν τε καὶ εὔνοιαν ἐς Ῥωμαίους ἐνδειξάμενοι ἄν- B δρες ἀγαθοὶ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἐγένοντο, καὶ ἐπεὶ βιάζεσθαι αὐτοὺς Γερμανοὶ οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἑταιρίζεσθαί τε ἠξίουν καὶ

4. ἐχόμενοι] ἐχόμενα Reg. ἀρχόμενα Hm. *ibid.* Ἀρβόρυχοι] *Arborichi* Pers. Armoricos dicit. *ibid.* ξὺν πάσῃ] ξυμπάσῃ HL. 7. Θόριγγοι] Vulgo Θόρυγγοι, et infra Θορύγγων. *Thoringi* Pers. 8. βουργουζίωνες HL. Βουργουνζίωνες P. 9. Σουάβοι] σουαβῖται HL. „ἴσ. σουάβοι“ Hm. 13. Ῥοδανοῦ] ἠριδανοῦ HL.

Tyrrhenum exeat, Rhenus in Oceanum evolvatur. Hic sunt paludes, ubi quondam habitarunt Germani, qui Franci nunc appellantur, gens barbara, et initio parum spectata. Horum sedes contingebant Arborychi, cum reliqua omni Gallia atque Hispania Romanis iampridem subditi: secundum quos, ad Orientem, Thoringi concessam sibi ab Augusto Caesare, Imperatorum primo, regionem colebant. Non procul ab his, ad Austrum versus, degebant Burgundiones, ultra Thoringos Suabi et Alamanni, validae nationes. Isti omnes, ab antiquo liberi, oras illas tenebant.

Procedente tempore Visigotthi facta in Rom. Imperium irruptione, Hispaniam universam ac provincias Galliae trans Rhodanum positas, subegerunt, habueruntque vectigales. Militarem operam Romanis tunc navabant Arborychi: quibus Germani, utpote finitimis, et a veteri Reip. forma digressis, cum legem ac iugum vellent imponere, primum praedati, deinde recto Marte eos aggressi sunt, agente omnes belli prurigine. Generositatem et in Romanos benevolentiam testati Arborychi, rem in eo bello gessere fortiter. Nihil vi proficientes Germani, illos ad so-

ἀλλήλοις κηδεσταὶ γίγνεσθαι. ἃ δὴ Ἀρβόρυχοι οὔτι ἀκούσιοι
ἐνεδέχοντο. Χριστιανοὶ γὰρ ἀμφότεροι ὄντες ἐτύγχανον, οὕτω
τε εἰς ἕνα λαὸν ξυνελθόντες δυνάμεως ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν. καὶ
στρατιῶται δὲ Ῥωμαίων ἕτεροι ἐς Γάλλων τὰς ἐσχατιὰς φυλακῆς
ἕνεκα ἐτετάχατο. οἳ δὴ οὔτε ἐς Ῥώμην ὅπως ἐπανήξουσιν ἔχον-
τες οὐ μὴν οὔτε προσχωρεῖν Ἀρειανοῖς οὖσι τοῖς πολεμίοις βου-
λόμενοι, σφᾶς τε αὐτοὺς ξὺν τοῖς σημείοις καὶ χώραν ἣν πάλαι
C Ῥωμαίοις ἐφύλασσον Ἀρβορύχοις τε καὶ Γερμανοῖς ἔδοσαν, ἔς τε
ἀπογόνους τοὺς σφετέρους ξύμπαντα παραπέμψαντες διεσώσαντο
τὰ πάτρια ἤθη, ἃ δὴ σεβόμενοι καὶ ἐς ἐμὲ τηρεῖν ἀξιοῦσιν. ἔκ
τε γὰρ τῶν καταλόγων ἐς τόδε τοῦ χρόνου δηλοῦνται, ἐς οὓς τὸ
παλαιὸν ταττόμενοι ἐστρατεύσαντο, καὶ σημεῖα τὰ σφέτερα ἐπα-
γόμενοι οὕτω δὴ ἐς μάχην καθίστανται, νόμοις τε τοῖς πατρίοις
ἐς ἀεὶ χρῶνται. καὶ σχῆμα τῶν Ῥωμαίων ἔν τε τοῖς ἄλλοις ἅπασι
κἀν τοῖς διαδήμασι διασώζουσιν.

Ἕως μὲν οὖν πολιτεία Ῥωμαίοις ἡ αὐτὴ ἔμενε, Γαλλίας
H 185 τὰς ἐντὸς Ῥοδανοῦ ποταμοῦ βασιλεὺς εἶχεν· ἐπεὶ δὲ αὐτὴν Ὀδόα-
D κρος ἐς τυραννίδα μετέβαλλε, τότε δὴ, τοῦ τυράννου σφίσιν
ἐνδιδόντος, ξύμπασαν Γαλλίαν Οὐισίγοτθοι ἔσχον μέχρις Ἄλ-
πεων, αἳ τὰ Γάλλων τε ὅρια καὶ Λιγούρων διορίζουσι. πεσόν-
τος δὲ Ὀδοάκρου Θόριγγοί τε καὶ Οὐισίγοτθοι τὴν Γερμανῶν δύ-
ναμιν ἤδη αὐξομένην δειμαίνοντες (πολυανθρωπία γὰρ ἰσχυρο-

10. ἤθη] ἔθη Maltretus. 12. ἐστρατεύσαντο] ἐστρατεύοντο L. 15. διαδήμασι] ὑποδήμασι L et Grotius. 17. Ῥοδανοῦ] ἠριδανοῦ HL. Ῥήνου Grotius. 22. αὐξομένην] αὐξανομένην L.

cietatem et affinitates iungendas invitarunt: quibus Arborychi libenter assensi sunt, quod Christiani utrique essent. Eo pacto in unam coaliti gentem, potentissimi evaserunt. Alii vero Romani milites, qui erant in extrema Gallia stationarii, cum nec Romam redire possent, neque ad hostes Arianos desciscere vellent; se ipsi cum signis, et regionem, quam Romanis ante servabant, Arborychis ac Germanis permiserunt, moresque omnes patrios retinuere: quos eorum posteri ad se transmissos adhuc rite observant. Nam et ex numeris, in quos olim contributi militaverunt, hac etiam aetate agnoscuntur, et signa propria praeferentes invadunt praelia. Constanter patriis utuntur legibus, et praeter alias Romani habitus partes, redimiculum capitis etiamnum gestant.

Ac tamdiu quidem Galliam, quae cis Rhodanum fluvium est, tenuit Imperator, quamdiu Romanis sua constitit civilis administrationis forma: ubi vero illam Odoacer in tyrannidem mutavit, tunc, Tyranni concessu, Galliam omnem ad Alpes usque, quibus Gallorum ac Ligurum fines terminantur, Visigotthi obtinuerunt. Post Odoacri necem, Thoringi et Visigotthi iam auctam Germanorum potentiam veriti (quippe hominum mul-

τάτη ἐγεγόνει καὶ τοὺς ἀεὶ ἐν ποσὶν ὄντας ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐβιά-
ζετο) Γότθων δὴ καὶ Θευδερίχου τὴν ξυμμαχίαν προσποιήσα-
σθαι ἐν σπουδῇ ἔσχον. οὓς δὴ ἑταιρίσασθαι Θευδέριχος θέλων
ἐς κῆδος αὐτοῖς ἐπιμίγνυσθαι οὐκ ἀπηξίου. τῷ μὲν οὖν τηνι-
καῦτα τῶν Οὐισιγότθων ἡγουμένῳ Ἀλαρίχῳ τῷ νεωτέρῳ Θευδι-
χοῦσαν τὴν αὐτοῦ θυγατέρα παρθένον ἠγγύησεν, Ἑρμενεφρίδῳ P 342
δὲ τῶν Θορίγγων ἄρχοντι Ἀμελοβέργαν τὴν Ἀμαλαφρίδης τῆς
ἀδελφῆς παῖδα. καὶ ἀπ᾽ αὐτοῦ Φράγγοι τῆς μὲν ἐς αὐτοὺς βίας
δέει τῷ Θευδερίχου ἀπέσχοντο, ἐπὶ Βουργουζίωνας δὲ πολέμῳ
ᾔεσαν. ὕστερον δὲ Φράγγοις τε καὶ Γότθοις ξυμμαχίαι τε καὶ
ξυνθῆκαι ἐπὶ κακῷ τῷ Βουργουζιώνων ἐγένοντο, ἐφ᾽ ᾧ κατα-
στρέψωνται γένος καὶ χώραν ἣν ἔχουσι παραστήσωνται, ποινὴν
δὲ οἱ νενικηκότες παρὰ τῶν μὴ ξυστρατευσάντων ῥητόν τι χρυ-
σίον κομίζονται, κοινὴν δὲ καὶ οὕτω χώραν τὴν δοριάλωτον ἀμ-
φοτέρων εἶναι. οἱ μὲν οὖν Γερμανοὶ πολλῷ στρατῷ ἐπὶ Βουρ- B
γουζίωνας κατὰ τὰ σφίσι συγκείμενα ᾖκον, Θευδέριχος δὲ παρε-
σκευάζετο μὲν δῆθεν τῷ λόγῳ, ἐξεπίτηδες δ᾽ ἀεὶ ἐς τὴν ὑστε-
ραίαν τῆς στρατιᾶς τὴν ἔξοδον ἀπετίθετο, καραδοκῶν τὰ ἐσό-
μενα. μόλις δὲ πέμψας ἐπέστελλε τοῖς τοῦ στρατοῦ ἄρχουσι
σχολαίτερον τὴν πορείαν ποιεῖσθαι, καὶ εἰ μὲν Φράγγους νενικη-
μένους ἀκούσουσι, μηκέτι περαιτέρω πορεύεσθαι, ἢν δέ τι νίκης
αὐτῶν ξύμβαμα πύθωνται, τὸ λοιπὸν κατὰ τάχος ἰέναι. καὶ οἱ

3. ἔσχον Reg. Vulgo εἶχον. 6. αὐτοῦ H. αὐτοῦ P. 12. ποινὴν δὲ Scaliger. Aberat δὲ. 13. παρὰ Pm. Vulgo περὶ. 14. κομίζονται] κομίζωνται Grotius. ibid. δοριάλωτον] Vulgo δορυάλωτον. 16. συγκείμενα] ξυγκείμενα L.

titudine plurimum convaluerat, et obvios quosque aperta vi evertebat) Gotthorum ac Theoderici societatem magno studio ambierunt. Volens quoque Theodericus eos habere socios, cum ipsis devincire se affinitate non renuit. Itaque tunc Regi Visigotthorum Alarico iuniori Theudichusam virginem filiam suam, et Hermenefrido Thoringorum Regi Amelobergam, Amalafridae sororis suae filiam, collocavit. Quo factum, ut ab illis quidem Franci, metu Theoderici, vim abstinuerint; sed arma intulerint Burgundionibus. Deinde Francos inter et Gotthos coitur societas in Burgundionum perniciem, pactoque convenit, ut gentem debellent, et ditionis illius terras obtineant: qui vicerint, a sociis non adiuti, ubi mulctae nomine certam auri summam ab illis acceperint, participes eos faciant bello captae regionis. Igitur ex constituto Germani cum magno exercitu Burgundiones petunt, dum Theodericus, qui se in speciem ad expeditionem paraverat, copiarum profectionem differt, consulto procrastinans, exitumque expectans. Vix tandem emisso exercitu, Ducibus mandat, uti lentius iter habeant, ac si Francos victos audierint, ne porro ire pergant: sin forte victoriam cessisse illis acceperint, deinceps properent. Haec

μὲν ἐποίουν ὅσα Θευδέριχος σφίσιν ἐπήγγελλε, Γερμανοὶ δὲ
κατὰ μόνας Βουργουζίωσιν ἐς χεῖρας ἦλθον. μάχης τε καρτε-
ρᾶς γενομένης φόνος μὲν ἑκατέρων πολὺς γίνεται· ἦν γὰρ ἀγχώ-
C μαλος ἐπὶ πλεῖστον ἡ ξυμβολή. ἔπειτα δὲ Φράγγοι τρεψάμενοι
τοὺς πολεμίους ἐς τὰ ἔσχατα χώρας ἧς τότε ᾤκουν ἐξήλασαν,
ἔνθα σφίσι τότε πολλὰ ὀχυρώματα ἦν, αὐτοὶ δὲ τὴν λοιπὴν ξύμ-
πασαν ἔσχον. ἅπερ Γότθοι ἀκούσαντες κατὰ τάχος παρῆσαν.
κακιζόμενοί τε πρὸς τῶν ξυμμάχων τὸ τῆς χώρας δύσοδον ᾐτιῶν-
το, καὶ τὴν ποινὴν καταθέμενοι τὴν χώραν, καθάπερ ξυνέκειτο,
ξὺν τοῖς νενικηκόσιν ἐνείμαντο. οὕτω τε Θευδερίχου ἡ πρόνοια
V 25 ἔτι μᾶλλον ἐγνώσθη, ὅς γε οὐδένα τῶν ὑπηκόων ἀποβαλὼν ὀλί-
γῳ χρυσῷ τὴν ἡμίσειαν τῶν πολεμίων ἐκτήσατο χώραν. οὕτω
μὲν τὸ κατ' ἀρχὰς Γότθοι τε καὶ Γερμανοὶ μοῖράν τινα Γαλ-
λίας ἔσχον.

D Μετὰ δὲ Γερμανοὶ τῆς δυνάμεως σφίσιν ἐπίπροσθεν ἰούσης
ἐν ὀλιγωρίᾳ ποιησάμενοι Θευδέριχόν τε καὶ τὸ ἀπ' αὐτοῦ δέος
ἐπί τε Ἀλάριχον καὶ Οὐισιγότθους ἐστράτευσαν. ἃ δὴ Ἀλάρι-
χος μαθὼν Θευδέριχον ὅτι τάχιστα μετεπέμψατο. καὶ ὁ μὲν ἐς
τὴν ἐπικουρίαν στρατῷ πολλῷ ᾔει. ἐν τούτῳ δὲ Οὐισίγοτθοι,
ἐπεὶ Γερμανοὺς ἐπὶ πόλιν Καρκασιανὴν στρατοπεδεύειν ἐπύθοντο,
ὑπηντίαζόν τε καὶ στρατόπεδον ποιησάμενοι ἔμενον. χρόνου δὲ
σφίσιν ἐν ταύτῃ τῇ προσεδρείᾳ τριβομένου συχνοῦ ἤσχαλλόν τε

1. ἐπήγγελλε] Vulgo ἐπήγγελε. 8. πρὸς] περὶ H et a pr. m. L. 13. μὲν τὸ HL. τὸ om. P. 18. μετεπέμψατο] μετεπέμπετο L. 20. Καρκασιανὴν] Scaliger Καρκασσῶνα. 22. ἤσχαλλον] ἤσχαλον L.

Theoderici mandata accurantibus Ducibus, Germani soli cum Burgundionibus manus conserunt. Inito acerrime praelio, ceciderunt utrinque plurimi. Etenim diu dubio Marte pugnatum est: at dein Franci, verso in fugam hoste, et ad ultimas regionis, quam incolebat, propulso oras, ubi multas habebat munitiones, reliqua occuparunt. Accepto rei nuntio, affuere confestim Gotthi, increpitique a sociis, viae difficultatem causati sunt. Tum mulcta repraesentata, regionem, uti convenerat, cum victoribus diviserunt. Atque ita magis eluxit prudentia Theoderici; qui subditorum amisso nemine, dimidiam terrae hostilis partem auro modico sibi paravit. Sic demum pars Galliae a Gotthis et Germanis haberi coepta est.

Postea Germani, viribus auctiores, nulla habita Theoderici ratione, eiusque metu deposito, in Alaricum et Visigotthos bellum moverunt. Qua de re factus certior Alaricus, Theodericum protinus advocavit. Dum ille cum magno exercitu suppetias venit, interea Visigotthi Germanis, quos ad Urbem Carcassonem habere castra audierant, occurrunt, et castra ipsi etiam metati, sistunt. Ibi cum diutius sedissent, suos ab hoste va-

καὶ, ἅτε τῆς αὐτῶν χώρας πρὸς τῶν πολεμίων ληιζομένης, δεινὰ ἐποιοῦντο. καὶ τελευτῶντες εἰς Ἀλάριχον πολλὰ ὕβριζον, αὐτόν τε διὰ τὸ τῶν πολεμίων δέος κακίζοντες καὶ τοῦ κηδεστοῦ τὴν P 343 μέλλησιν ὀνειδίζοντες. ἀξιόμαχοι γὰρ αὐτοὶ ἰσχυρίζοντο εἶναι καὶ ῥᾷον κατὰ μόνας περιέσεσθαι Γερμανῶν τῷ πολέμῳ. διὸ δὴ καὶ Γότθων σφίσιν οὔπω παρόντων Ἀλάριχος ἠνάγκαστο τοῖς πολεμίοις διὰ μάχης ἰέναι. καθυπέρτεροι δὲ Γερμανοὶ ἐν τῇ ξυμβολῇ ταύτῃ γενόμενοι τῶν τε Οὐισιγότθων τοὺς πλείστους καὶ Ἀλάριχον τὸν ἄρχοντα κτείνουσι. καὶ Γαλλίας μὲν καταλαβόντες τὰ πολλὰ ἔσχον, Καρκασιανὴν δὲ πολλῇ σπουδῇ ἐπολιόρκουν, ἐπεὶ τὸν βασιλικὸν πλοῦτον ἐνταῦθα ἐπύθοντο εἶναι, ὃν δὴ ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις Ἀλάριχος ὁ πρεσβύτατος Ῥώμην ἑλὼν ἐληίσατο. ἐν τοῖς ἦν καὶ τὰ Σολόμωνος τοῦ Ἑβραίων βασιλέως B κειμήλια, ἀξιοθέατα ἐς ἄγαν ὄντα. πρασία γὰρ λίθος αὐτῶν τὰ πολλὰ ἐκαλλώπιζεν, ἅπερ ἐξ Ἱεροσολύμων Ῥωμαῖοι τὸ παλαιὸν εἷλον. Οὐισιγότθων τε οἱ περιόντες Γισέλιχον, νόθον Ἀλαρίχου υἱὸν, ἄρχοντα σφίσιν ἀνεῖπον, Ἀμαλαρίχου τῆς τοῦ Θευδερίχου θυγατρὸς παιδὸς ἔτι κομιδῇ ὄντος. ἔπειτα δὲ Θευδερίχου ξὺν τῷ Γότθων στρατῷ ἥκοντος δείσαντες Γερμανοὶ τὴν πολιορκίαν διέλυσαν. ἔνθεν τε ἀναχωρήσαντες Γαλλίας τὰ ἐκτὸς H 186 Ῥοδανοῦ ποταμοῦ ἐς ὠκεανὸν τετραμμένα ἔσχον. ὅθεν αὐτοὺς ἐξελάσαι Θευδέριχος οὐχ οἷός τε ὢν ταῦτα μὲν σφᾶς ξυνεχώρει C

18. τοῦ Θευδερίχου Grotius ex MS. Vulgo τοῦ Ἀλαρίχου.
21. Ῥοδανοῦ] ἠριδανοῦ HL.

stari agros moleste ferebant. Denique in Alaricum contumeliosi passim erupere sermones, terrorem illi ab hoste incussum obiicientium, socerique exprobrantium cunctationem. Se adversariis virtute et animo pugnandi pares iactabant, et solos facilius e Germanis relaturos victoriam. Quare Gotthis absentibus, coactus est Alaricus cum hoste confligere. Quo in praelio superiores Germani, Alaricum Regem cum plerisque Visigotthorum occidunt, magnam Galliae partem occupant, et summa contentione Carcassonem obsident, ferente fama, gazam ibi Imperatoriam asservari, quam aetate superiori, Roma capta, Alaricus senior abstulerat. In ea visebatur Salomonis Hebraeorum Regis supellex praeclarissima. Erant enim prasiis ornata lapidibus complura vasa: quae quondam Romani Hierosolymis exportaverant. Qui praelio superfuerant Visigotthi, Giselicum, Alarici ex concubina filium, Regem appellarunt; quod Amalaricus, qui matrem habuit filiam Alarici, tunc admodum puer esset. Deinde Theoderico cum Gotthorum copiis adventante, correpti metu Germani obsidionem solverunt. Illinc digressi, regiones Galliae, quae ultra Rhodanum ad Oceanum vergunt, subegere: unde cum eos exigere non posset Theodericus, ut partes illas retinerent concessit: reliquam ipse

ἔχειν, αὐτὸς δὲ Γαλλίας τὰ λοιπὰ ἀνεσώσατο. Γισελίχου τε ἐκποδὼν γενομένου ἐς τὸν θυγατριδοῦν Ἀμαλάριχον τὴν Οὐισιγότθων ἀρχὴν ἤνεγκεν, οὗ δὴ αὐτὸς ἐπετρόπευε παιδὸς ἔτι ὄντος. χρήματά τε λαβὼν ξύμπαντα ὅσα ἐν πόλει Καρκασιανῇ ἔκειτο ἐς Ῥάβενναν κατὰ τάχος ἀπήλαυνεν, ἄρχοντάς τε ἀεὶ καὶ στρατιὰν Θευδέριχος ἔς τε Γαλλίαν καὶ Ἱσπανίαν πέμπων αὐτὸς εἴχετο ἔργου, τὸ τῆς ἀρχῆς κράτος προνοούμενος ὅπως βέβαιον ἐς ἀεὶ
D ἕξει. φόρον τε ἀπαγωγὴν ἔταξέν οἱ αὐτῷ ἀποφέρειν τοὺς ταύτῃ ἄρχοντας. δεχόμενός τε αὐτὴν ἐς ἕκαστον ἔτος, τοῦ μὴ δοκεῖν φιλοχρημάτως ἔχειν, τῷ Γότθων τε καὶ Οὐισιγότθων στρατῷ δῶρον ἐπέτειον ἔπεμπε. καὶ ἀπ' αὐτοῦ Γότθοι τε καὶ Οὐισίγοτθοι προϊόντος τοῦ χρόνου, ἅτε ἀρχόμενοί τε πρὸς ἀνδρὸς ἑνὸς καὶ χώραν τὴν αὐτὴν ἔχοντες, παῖδας τοὺς σφετέρους ἀλλήλοις ἐγγυῶντες ἐς ξυγγένειαν ἐπεμίγνυντο.

Μετὰ δὲ Θεύδης, Γότθος ἀνήρ, ὅνπερ Θευδέριχος τῷ στρατῷ ἄρχοντα ἔπεμψε, γυναῖκα ἐκ Ἱσπανίας γαμετὴν ἐποιήσατο, οὐ γένους μέντοι Οὐισιγότθων, ἀλλ' ἐξ οἰκίας τῶν τινος ἐπιχωρίων εὐδαίμονος, ἄλλα τε περιβεβλημένην μεγάλα χρήματα καὶ χώρας πολλῆς ἀνὰ τὴν Ἱσπανίαν κυρίαν οὖσαν. ὅθεν στρα-
P 844 τιώτας ἀμφὶ δισχιλίους ἀγείρας δορυφόρων τε περιβαλλόμενος δύναμιν Γότθων μέν, Θευδερίχου δόντος, τῷ λόγῳ ἦρχεν, ἔργῳ δὲ τύραννος οὐκ ἀφανὴς ἦν. δείσας τε Θευδέριχος, ἅτε ξυνέσεως ἐς ἄκρον καὶ ἐμπειρίας ἥκων, μή οἱ πόλεμον τὸν πρὸς δοῦ-

4. ἐν πόλει] ἐμπόλει L.

recepit Galliam, sublatoque e medio Giselico, regnum Visigotthorum transtulit ad suum ex filia nepotem Amalaricum, cuius adhuc pueri tutelam suscepit. Thesauro omni, qui repositus erat Carcassone, sublato, Ravennam festine rediit. At in Galliam Hispaniamque Praefectos et copias itentidem mittens, dabat operam provide, ut regnum sibi firmissime stabiliret. Illarum autem provinciarum Praefectis tributum imposuit: quod cum quotannis acciperet, ne avaritia duci videretur, illud in donativum annuum, quo Gotthorum ac Visigotthorum exercitum afficiebat, convertit. Hinc factum progressu temporis, ut Gotthi et Visigotthi, sub eodem Principe iisdem in terris positi, mutuis liberorum suorum connubiis affinitatem contraxerint.

Post vero, Theudis, natione Gotthus, quem Theodericus exercitui praefecerat miseratque in eas partes, ex Hispania uxorem duxit, non Visigottham genere, sed e sanguine indigenae divitis, et ipsam auro locupletissimam, et fundi dominam latissimi in Hispania. Unde cum militum duo circiter millia collegisset, ac valido muniisset se satellitio, verbo quidem Dux Gotthorum Theoderici munere, re autem ipsa tyrannus erat non obscurus. Ac veritus pro singulari sua prudentia ac rerum usu Theodericus, ne si bellum inferret subdito, sibi obviam ut verisimile vi-

λον τὸν αὐτοῦ διαφέροντι ἢ Φράγγοι, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀπαντήσου-
σιν ἢ καί τι νεώτερον Οὐισίγοτθοι ἐς αὐτὸν δράσουσι, οὔτε πα- V 26
ρέλυε τῆς ἀρχῆς Θεύδην, ἀλλὰ καὶ τῷ στρατῷ ἐξηγεῖσθαι ἀεὶ ἐς
πόλεμον ἰόντι ἐκέλευε. γράφειν μέντοι αὐτῷ Γότθων τοῖς πρώ-
τοις ἐπήγγελλεν ὡς δίκαιά τε ποιοίη καὶ ξυνέσεως τῆς αὐτοῦ
ἄξια, ἢν Θευδέριχον ἐς Ῥάβενναν ἥκων ἀσπάζοιτο. Θεύδης δὲ
ἃ μὲν Θευδέριχος ἐκέλευεν ἅπαντα ἐπετέλει, καὶ φόρον τὸν ἐπέ- B
τειον οὔποτε ἀνίει, ἐς Ῥάβενναν δὲ ἰέναι οὔτε ἤθελεν οὔτε τοῖς
γράφουσιν ἐπηγγέλλετο.

ιγʹ. Ἐπεὶ δὲ Θευδέριχος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνιστο, οἱ Φράγ- C
γοι, οὐδενὸς σφίσιν ἔτι ἀντιστατοῦντος, ἐπὶ Θορίγγους ἐστράτευ-
σαν, καὶ Ἑρμενέφριδόν τε τὸν αὐτῶν ἄρχοντα κτείνουσι καὶ αὐ-
τοὺς ἅπαντας ὑποχειρίους ποιησάμενοι ἔσχον. ἡ δὲ τοῦ Ἑρμενε-
φρίδου γυνὴ ξὺν τοῖς παισὶ φυγοῦσα, παρὰ Θευδάτον τὸν ἀδελ-
φὸν, Γότθων τηνικαῦτα ἄρχοντα, ἦλθε. μετὰ δὲ Γερμανοὶ
Βουργουζιώνων τε τοῖς περιοῦσιν ἐς χεῖρας ἦλθον καὶ μάχῃ νι-
κήσαντες τὸν μὲν αὐτῶν ἄρχοντα ἔς τι τῶν ἐκείνῃ φρουρίων κα-
θείρξαντες ἐν φυλακῇ εἶχον, αὐτοὺς δὲ κατηκόους ποιησάμενοι
ξυστρατεύειν τὸ λοιπὸν σφίσιν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἅτε δοριαλώ-
τους, ἠνάγκαζον, καὶ τὴν χώραν ξύμπασαν, ἣν Βουργουζίωνες D
τὰ πρότερα ᾤκουν, ὑποχειρίαν ἐς ἀπαγωγὴν φόρου ἐκτήσαντο.
Ἀμαλάριχός τε, ὃς ἦρχεν Οὐισιγότθων, ἐπεὶ ἐς ἀνδρὸς ἡλικίαν

3. Θεύδην] θέσθαι HL: illud in marg. 5. ἐπήγγελλεν] Vulgo ἐπήγγειλεν. ibid. αὐτοῦ] αὐτῶν HL. 14. παρὰ Hm. Vulgo περὶ. 17. αὐτῶν L. αὐτὸν P. 19. δοριαλώτους] Vulgo δορυαλώτους. 22. ἐς L, εἰς P.

debatur, Franci obsisterent, vel res novas moverent Visigotthi, adeo non Theudi potestatem abrogavit, ut perpetuum armorum imperium ipsi detulerit. Porro Gotthorum primoribus imperavit, ad eum scriberent, recte ipsum et convenienter sapientiae suae facturum, si Theoderici salutandi causa Ravennam veniret. Mandata quidem Theoderici plane Theudis exequebatur, nec vectigal annuum intervertebat unquam; at nec Ravennam ire, nec per literas invitantibus id polliceri voluit.

13. Post Theoderici obitum, Franci, nemine iam obsistente, Thoringos bello adorti, ipsorum Regem Hermenefridum interficiunt, ac totam gentem in ditionem subiungunt suam. Hermenefridi uxor cum liberis elapsa, ad fratrem suum Theodatum, tunc temporis Gotthorum Regem, se recipit. Deinde Germani cum Burgundionibus, qui supererant, armis congressi adeptique victoriam, eorum Regem, in castellum quoddam regionis illius coniectum, asservarunt custodiis: ipsos vero, ad obsequium redactos, secum in posterum militare coegerunt, ut bello captorum conditio postulabat, et locis omnibus, quae Burgundiones ante coluerant, vectigal imposuerunt. Rex autem Visigotthorum Amalaricus, adulta iam

ἦλθε, δύναμιν τὴν Γερμανῶν κατορρωδήσας τὴν Θευδιβέρτου
ἀδελφὴν τοῦ Γερμανῶν ἄρχοντος ἐν γαμετῆς ἐποιήσατο λόγῳ,
καὶ Γαλλίαν πρός τε Γότθους καὶ τὸν ἀνεψιὸν Ἀταλάριχον ἐνεί-
ματο. τὰ μὲν γὰρ ἐντὸς τοῦ Ῥοδανοῦ ποταμοῦ Γότθοι ἔλαχον,
P 345 τὰ δὲ τούτου ἐκτὸς ἐς τὸ Οὐισιγότθων περιέστη κράτος. ξυνέ-
κειτο δὲ φόρον, ὃν Θευδέριχος ἔταξε, μηκέτι ἐς Γότθους κομί-
ζεσθαι, καὶ χρήματα, ὅσα ἐκεῖνος ἐκ Καρκασιανῆς πόλεως λα-
βὼν ἔτυχεν, Ἀταλάριχος Ἀμαλαρίχῳ ὀρθῶς καὶ δικαίως ἀπέδω-
κεν. ἐπεὶ δὲ ἄμφω τὰ ἔθνη ταῦτα ἐς τὸ κῆδος ἀλλήλοις ξυνελ-
θόντα ἔτυχε, τὴν αἵρεσιν ἔδοσαν ἀνδρὶ ἑκάστῳ, τὴν ἐγγύην ἐς
θάτερον ἔθνος πεποιημένῳ, πότερον γυναικὶ ἕπεσθαι βούλοιτο,
ἢ ἐκείνην ἐς γένος τὸ αὑτοῦ ἄγεσθαι. ἦσαν δὲ πολλοὶ καὶ οἳ τὰς
γυναῖκας ὅπως ἐβούλοντο ἄγοντες καὶ οἳ πρὸς τῶν γυναικῶν τῶν
σφετέρων ἀγόμενοι. ὕστερον δὲ Ἀμαλάριχος, προσκεκρουκὼς τῷ
B τῆς γυναικὸς ἀδελφῷ, κακὸν μέγα ἔλαβε. δόξης γὰρ ὀρθῆς τὴν
H 187 γυναῖκα οὖσαν, αἵρεσιν αὐτὸς τὴν Ἀρείου ἔχων, οὐκ εἴα νομί-
μοις τοῖς εἰωθόσι χρῆσθαι οὐδὲ κατὰ τὰ ἔθη τὰ πάτρια τὰ ἐς
τὸ θεῖον ἐξοσιοῦσθαι, ἀλλὰ καὶ προσχωρεῖν τοῖς αὑτοῦ ἤθεσιν
οὐκ ἐθέλουσαν ἐν πολλῇ ἀτιμίᾳ εἶχεν. ἅπερ ἐπεὶ οὐχ οἵα τε ἦν ἡ
γυνὴ φέρειν, ἐς τὸν ἀδελφὸν ἐξήνεγκεν ἅπαντα. διὸ δὴ ἐς πόλε-
μον Γερμανοί τε καὶ Οὐισίγοτθοι πρὸς ἀλλήλους κατέστησαν.
καὶ λίαν μὲν ἰσχυρὰ ἐπὶ πλεῖστον ἐγεγόνει ἡ μάχη, τέλος δὲ ἡσ-
σηθεὶς Ἀμαλάριχος τῶν τε οἰκείων πολλοὺς ἀποβάλλει καὶ αὐτὸς

3. ἐνείματο] ἐνείμαντο HL. 4. Ῥοδανοῦ] ἠριδανοῦ HL.

aetate, Germanorum potentiam reformidans, eorum Regis Theodeberti sororem in matrimonium duxit, et Galliam cum Gotthis et Atalarico consobrino suo ita divisit, ut Gotthis cesserit quidquid est cis Rhodanum fluvium, partes vero trans illum positae in Visigotthorum ditione manserint. Convenit etiam inter ipsos, ut vectigal, quod constituerat Theodericus, non penderetur amplius Gotthis. Quidquid opum ex urbe Carcassone idem abstulerat, Atalaricus bona fide Amalarico restituit. Quoniam vero hae duae gentes connubiis affinitates iunxerant, unicuique viro, qui uxorem e gente altera accepisset, permissa est optio, utrum mallet uxorem sequi, an ad gentem, ex qua ipse esset, illam traducere. Uxores multi abduxerunt arbitratu suo: multi secuti sunt. Postea Amalaricus offenso suae coniugis fratri poenas graves persolvit. Cum enim uxorem de Deo recte sentientem Ariana ipse imbutus haeresi, non modo consuetis uti caeremoniis, et in divino cultu instituta patria vetaret sequi, sed indignis etiam modis acciperet nolentem ad suae sectae ritus accedere, haec ferre non valens mulier, fratri rem totam edidit. Hinc orto Germanos inter ac Visigotthos bello, ac praelio pertinacissime inito, victus demum Amalaricus non sine magna suorum strage, oppetit.

θνήσκει. Θευδίβερτος δὲ τήν τε ἀδελφὴν ξὺν πᾶσι χρήμασιν ἔλαβε καὶ Γαλλίας ὁπόσον Οὐισίγοτθοι λαχόντες εἶχον. τῶν δὲ C ἡσσημένων οἱ περιόντες ἐκ Γαλλίας ξὺν γυναιξί τε καὶ παισὶν ἀναστάντες παρὰ Θεύδην ἐς Ἱσπανίαν ἤδη ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς τυραννοῦντα ἐχώρησαν. οὕτω μὲν Γότθοι τε καὶ Γερμανοὶ Γαλλίαν ἔσχον.

Χρόνῳ δὲ τῷ ὑστέρῳ Θευδάτος, ὁ τῶν Γότθων ἀρχηγός, V 27 ἐπειδὴ Βελισάριον ἐς Σικελίαν ἥκειν ἐπύθετο, ξυνθήκας πρὸς Γερμανοὺς ποιεῖται, ἐφ' ᾧ ἄρχοντάς τε αὐτοὺς καὶ τὴν Γότθοις ἐπιβάλλουσαν ἐν Γάλλοις μοῖραν καὶ χρυσοῦ κεντηνάρια λαβόντας εἴκοσι πόλεμον σφίσι τόνδε ξυνάρασθαι. οὔπω τε τὰ ξυγκείμενα ἔργῳ ἐπιτελέσας μοῖραν τὴν πεπρωμένην ἀνέπλησε. διὸ δὴ Γότθων πολλοί τε καὶ ἄριστοι ἐνταῦθα, ὧν Μαρκίας ἡγεῖτο, φυλα- D κὴν εἶχον. οὓς δὴ Οὐίττιγις ἐνθένδε ἐξαναστῆσαι οὐχ οἷός τε ἦν, οὐ μὴν οὐδὲ Φράγγοις ἀντιτάξασθαι αὐτοὺς ᾤετο ἱκανοὺς ἔσεσθαι, Γαλλίαν τε καὶ Ἰταλίαν, ὡς τὸ εἰκός, καταθέουσιν, ἢν αὐτὸς τῷ παντὶ στρατῷ ἐς Ῥώμην ἐλάσῃ. ξυγκαλέσας οὖν εἴ τι ἐν Γότθοις καθαρὸν ἦν, ἔλεξε τοιάδε „Οὐχ ἡδεῖαν μέν, ἄνδρες ξυγγενεῖς, ἀναγκαίαν δὲ ὑμῖν παραίνεσιν ποιεῖσθαι βουλόμενος ἐνθάδε ὑμᾶς ἐν τῷ παρόντι ξυνήγαγον· ὅπως δὲ ἀκούσησθε μὲν πρᾴως, βουλεύσησθε δὲ τῶν παρόντων ἡμῖν ἐπαξίως. οἷς γὰρ αἱ πράξεις οὐ κατὰ νοῦν χωροῦσι, τὸ μὴ πειθομένους ἀνάγκῃ ἢ

2. ἔλαβε L. ἔλαβεν P. 4. παρὰ Scaliger. περὶ HP. πρὸς Hm. 9. ἄρχοντάς τε αὐτοὺς] ἔχοντας τὰ αὐτῶν Grotius. 20. ἐνθάδε L. ἐνθένδε P. 22. τὸ μὴ] τῷ μὴ Hm. „vel τοὺς μὴ" Pm. Utrumque falsum.

Sororem Theodibertus cum omnibus opibus recipit, et quantacumque pars Galliae Visigotthis obvenerat, eam obtinet. Qui cladi superfuerant, ex Gallia cum uxoribus liberisque egressi, in Hispaniam ad Theudin iam palam tyrannum se receperunt. Ita Gallia in Gotthorum ac Germanorum ditionem venit.

Deinde Theodatus Gotthorum Rex, de Belisarii in Siciliam adventu certior factus, cum Germanis paciscitur, ut ipsi eorum Reges ad hoc bellum auxilio veniant, ubi Galliae partem, in ditione Gotthica sitam, ac duo millia auri pondo acceperint. Verum is vitae fatum prius implevit, quam pacta conventa. Quamobrem multi iique fortissimi Gotthorum in illis erant partibus praesidiarii, duce Marcia. Neque eos evocare inde Vitigis tuto poterat, nec Francis pares putabat fore, Galliam atque Italiam procul dubio incursaturis, si ipse copias omnes Romam duceret. Itaque convocatis, qui inter Gotthos erant lectissimi, orationem hanc habuit. *Huc vos coëgi modo, Gentiles mei, ut monita dem, parum illa quidem iucunda, sed necessaria: quae aequo animo audiatis velim, et pro rerum instantium merito in medium consulatis. Certe quibus ex voto non procedunt incepta, de statu, in quo sunt, frustra illi tractaverint, nisi*

P 346 τύχῃ οὕτω τὰ παρόντα διῳκῆσθαι ἀξύμφορον. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ἡμῖν ὡς ἄριστα ἐς τὴν πολέμου παρασκευὴν ἔχει. Φράγγοι δὲ ἡμῖν ἐμποδὼν ἵστανται, οἷς ἐκ παλαιοῦ πολεμίοις οὖσι, τοῖς τε χρήμασι καὶ τοῖς σώμασι δαπανώμενοι, ἀντέχειν εἰς τόδε ὅμως ἰσχύσαμεν, ἐπεὶ ἄλλο ἡμῖν οὐδὲν ἀπήντα πολέμιον. ἐφ᾽ ἑτέρους δὲ νῦν ἡμᾶς ἀναγκαζομένους ἰέναι τὸν πρὸς αὐτοὺς πόλεμον καταλύειν δεήσει, πρῶτον μὲν, ὅτι, ἢν δυσμενεῖς ἡμῖν διαμείνωσι, μετὰ Βελισαρίου ἐφ᾽ ἡμᾶς τετάξονται πάντως. τοὺς γὰρ ἐχθρὸν τὸν αὐτὸν ἔχοντας ἀλλήλοις ἐς εὔνοιάν τε καὶ ξυμμαχίαν
B ξυνάπτεσθαι ἡ τῶν πραγμάτων εἰσηγεῖται φύσις. ἔπειτα, ἢν καὶ πρὸς ἑκάτερον στρατόπεδον χωρὶς τὸν πόλεμον διενέγκωμεν, λελείψεται ἡμῖν ἀμφοτέρων ἡσσῆσθαι. ἄμεινον οὖν ὀλίγῳ ἡμᾶς ἐλασσουμένους τὰ πλεῖστα τῆς ἀρχῆς διασώσασθαι, ἢ πάντων ἔχειν ἐφιεμένους ξὺν πάσῃ τῆς ἡγεμονίας δυνάμει πρὸς τῶν πολεμίων ἀπολωλέναι. οἶμαι τοίνυν ὡς, ἢν Γαλλίας τὰς σφίσιν ὁμόρους Γερμανοῖς δῶμεν, καὶ χρήματα ὅσα ξὺν τῇ χώρᾳ ταύτῃ Θευδάτος αὐτοῖς ὡμολόγησε δώσειν, οὐχ ὅσον ἀποτρέψονται τὸ εἰς ἡμᾶς ἔχθος, ἀλλὰ καὶ πόλεμον ἡμῖν ξυλλήψονται τόνδε. ὅπως δ᾽ αὖθις, εὖ φερομένων τῶν πραγμάτων ἡμῖν, Γαλλίας
C ἀνακτησώμεθα, ὑμῶν διαλογιζέσθω μηδείς. ἐμὲ γάρ τις παλαιὸς εἰσέρχεται λόγος, τὸ παρὸν εὖ τιθέναι κελεύων.“ ταῦτα ἀκούσαντες οἱ τῶν Γότθων λόγιμοι, ξύμφορά τε εἶναι αὐτοῖς οἰόμενοι, ἐπιτελῆ γίνεσθαι ἤθελον. στέλλονται τοίνυν πρέσβεις αὐτίκα ἐς τὸ Γερμανῶν ἔθνος, ἐφ᾽ ᾧ Γαλλίας τε αὐτοῖς ξὺν τῷ

necessitati ac fortunae sese accommodent. Caetera quidem bello necessaria optime paravimus; sed obstant Franci, veteres hostes: quibus hactenus, licet cum pecuniae et vitae multorum dispendio, restitimus, quia nihil hostile praeterea se nobis obtulit. Nunc arma alio vertere coactis, pacem cum Francis pangere necesse erit: primo, quia, si ipsis inimicitiae nobiscum maneant, profecto in nos vires cum Belisario sociabunt. Fert enim natura, ut qui hostem communem habent, amicitia ac societate coniuncti sint. Deinde, si utrumque exercitum separate adoriamur, utrinque certa nobis clades impendet. Praestat igitur levi iactura maximam regni partem conservare, quam habendi omnia cupiditate eo redigi, ut vita pariter cum omni ditione spoliemur ab hostibus. Quare existimo Germanos, non modo odium, quo a nobis dissident, depondituros, sed nostros etiam in hoc bello socios fore, si ipsis finitimam Galliam et quantamcunque pecuniam cum ea se daturum Theodatus promiserat, concedamus. Quo autem pacto, si res nobis prospere cesserit, recuperaturi Galliam simus, nemo vestrum disquirat. Subit enim memoria veteris illius verbi, quo iubemur instantia bene constituere. Haec cum audissent Gotthorum Proceres, ac sibi conducere censuissent, ut ea fierent placuit. Ergo mittuntur statim ad Germanos Legati, qui illis Gallia cedant, datoque auro componant

χρυσῷ δώσουσι καὶ ὁμαιχμίαν ποιήσονται. Φράγγων δὲ τότε ἡγεμόνες ἦσαν Ἰλδίβερός τε καὶ Θευδίβερτος καὶ Κλοαδάριος, οἳ Γαλλίας τε καὶ τὰ χρήματα παραλαβόντες διενείμαντο μὲν κατὰ λόγον τῆς ἑκάστου ἀρχῆς, φίλοι δὲ ὡμολόγησαν Γότθοις ἐς τὰ μάλιστα ἔσεσθαι, καὶ λάθρα αὐτοῖς ἐπικούρους πέμψειν, οὐ D
Φράγγους μέντοι, ἀλλ' ἐκ τῶν σφίσι κατηκόων ἐθνῶν. ὁμαιχμίαν γὰρ αὐτοὶ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς ἐπὶ τῷ Ῥωμαίων κακῷ ποιήσασθαι οὐχ οἷοί τε ἦσαν, ἐπεὶ ὀλίγῳ πρότερον βασιλεῖ ἐς τόνδε τὸν πόλεμον ξυλλήψεσθαι ὡμολόγησαν. οἱ μὲν οὖν πρέσβεις τὰ ἐφ' οἷσπερ ἐστάλησαν διαπεπραγμένοι ἐπανῆκον ἐς Ῥάβενναν. τότε δὴ καὶ Μαρκίαν ξὺν τοῖς ἑπομένοις Οὐίττιγις μετεπέμπετο.

P 347

ιδ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα Οὐίττιγις ἔπρασσεν, ἐν τούτῳ Βελι- V 28
σάριος ἐς Ῥώμην ἰέναι παρεσκευάζετο. ἀπολέξας οὖν ἄνδρας ἐκ H 188
καταλόγου πεζικοῦ τριακοσίους καὶ Ἡρωδιανὸν ἄρχοντα ἐπὶ τῇ Νεαπόλεως φυλακῇ κατεστήσατο. ἔπεμψε δὲ καὶ ἐς Κύμην φρουρούς, ὅσους ᾤετο τῇ τοῦ ἐνταῦθα φρουρίου φυλακῇ ἱκανοὺς ἔσεσθαι. ἄλλο γάρ τι ὀχύρωμα ἐν Καμπανίᾳ, ὅτι μὴ ἐν Κύμῃ τε καὶ ἐν Νεαπόλει, οὐκ ἦν. ἐν ταύτῃ τῇ Κύμῃ οἱ ἐπιχώριοι τὸ Σιβύλλης δεικνύουσι σπήλαιον, ἔνθα δὴ αὐτῆς τὸ μαντεῖον γεγενῆσθαί φασιν. ἐπιθαλασσία δὲ ἡ Κύμη ἐστὶ, Νεαπόλεως B
ὀκτὼ καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν σταδίους διέχουσα. Βελισάριος μὲν οὖν διεκόσμει τὸ στράτευμα, Ῥωμαῖοι δὲ, δείσαντες μὴ σφίσι ξυμβαίη ὅσα Νεαπολίταις ξυμπέπτωκε, λογισάμενοι ἔγνωσαν

2. Ἰλδίβερος] Ildibertus Pers. 7. αὐτοὶ Pm. αὐτοὺς P. 8. τόνδε om. L. 23. ξυμβαίη L. ξυμβαίνῃ P.

societatem. Tunc Reges Francorum erant Childebertus, Theodebertus et Clotharius: qui traditam sibi Galliam ac pecuniam inter se pro cuiusque regni portione diviserunt, promiseruntque se Gotthis amicissimos fore, et auxilia missuros clam, non Francorum, sed nationum, quibus imperarent. Nec vero poterant adversus Romanos societatem coire palam, Imperatori in hoc bello opem paulo ante polliciti. Legati, re, cuius causa missi erant, confecta, Ravennam redeunt. Tum demum Marciam cum copiis, quibus praeerat, Vitigis revocavit.

14. Dum haec agit Vitigis, interea Belisarius Romam cogitans, profectionem parat. Itaque trecentis militibus, e peditatu delectis, Praefectoque Herodiano, Neapolin credidit. Quot etiam Cumanae arci custodiendae suffecturos putavit, tot eo misit: cum in Campania, praeter Cumas ac Neapolin, nullus esset munitus locus. Hae sunt Cumae, quarum incolae antrum ostendunt, in quo Sibyllam vaticinatam perhibent. Porro Cumas mare alluit, stadiis cxxviii. Neapoli dissitas. Instruente exercitum Belisario, Romani, calamitatem Neapolitanae similem veriti, re per-

ἄμεινον εἶναι τῇ πόλει τὸν βασιλέως στρατὸν δέξασθαι. μάλιστα δὲ αὐτοὺς Σιλβέριος εἰς τοῦτο ἐνῆγεν, ὁ τῆσδε τῆς πόλεως ἀρχιερεύς. Φιδέλιόν τε πέμψαντες, ἄνδρα ἐκ Μεδιολάνων ὁρμώμενον, ἢ ἐν Λιγούροις κεῖται, ὃς δὴ Ἀταλαρίχῳ παρήδρευε πρότερον (κοιαίστωρα δὲ τὴν ἀρχὴν ταύτην καλοῦσι Ῥωμαῖοι), C Βελισάριον ἐς Ῥώμην ἐκάλουν, ἀμαχητὶ τὴν πόλιν παραδώσειν ὑποσχόμενοι. ὁ δὲ διὰ τῆς Λατίνων ὁδοῦ ἀπῆγε τὸ στράτευμα, τὴν Ἀππίαν ὁδὸν ἀφεὶς ἐν ἀριστερᾷ, ἣν Ἄππιος ὁ Ῥωμαίων ὕπατος ἐνναχοσίοις ἐνιαυτοῖς πρότερον ἐποίησέ τε καὶ ἐπώνυμον ἔσχεν. ἔστι δὲ ἡ Ἀππία ὁδὸς ἡμερῶν πέντε ἀνδρὶ εὐζώνῳ· ἐκ Ῥώμης γὰρ αὕτη ἐς Καπύην διήκει. εὖρος δέ ἐστι τῆς ὁδοῦ ταύτης ὅσον ἁμάξας δύο ἀλλήλαις ἐναντίας ἰέναι, καὶ ἔστιν ἀξιοθέατος πάντων μάλιστα. τὸν γὰρ λίθον ἅπαντα, μυλίτην τε ὄντα καὶ φύσει σκληρὸν, ἐκ χώρας ἄλλης μακρὰν οὔσης τεμὼν D Ἄππιος ἐνταῦθα ἐκόμισε. ταύτης γὰρ δὴ τῆς γῆς οὐδαμῇ πέφυκε. λείους δὲ τοὺς λίθους καὶ ὁμαλοὺς ἐργασάμενος, ἐγγωνίους δὲ τῇ ἐντομῇ πεποιημένος, ἐς ἀλλήλους ξυνέδησεν, οὔτε χαλκὸν ἐντὸς οὔτε τι ἄλλο ἐμβεβλημένος. οἱ δὲ ἀλλήλοις οὕτω τε ἀσφαλῶς ξυνδέδενται καὶ μεμύκασιν, ὥστε ὅτι δὴ οὐκ εἰσὶν ἡρμοσμένοι, ἀλλ' ἐμπεφύκασιν ἀλλήλοις, δόξαν τοῖς ὁρῶσι παρέχοντες· καὶ χρόνου τριβέντος συχνοῦ δὴ οὕτως ἁμάξαις τε πολλαῖς καὶ ζῴοις ἅπασι διαβατοὶ γενόμενοι ἐς ἡμέραν ἑκάστην οὔτε τῆς ἁρμονίας παντάπασι διακέκρινται οὔτε τινὶ αὐτῶν διαφθα-

2. Σιλβέριος] λιβέριος HL. Conf. ad p. 339 c. 4. Λιγούροις] λιβούροις HL. 8. Ἀππίαν] Simplici π HL hic et infra. 15. ἐκόμισε] ἐκόσμησε HL: illud Hm. 22. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδέ.

pensa, satius esse iudicarunt Imperatoris copias in urbem accipere, eos ad id maxime impellente Silverio, civitatis Pontifice. Mox Fidelium, Mediolano urbe Liguriae oriundum, qui prius Atalarici Assessor fuerat (haec dignitas lingua Romana dicitur Quaestor) ad Belisarium legant, eumque Romam hoc invitant promisso, citra pugnam se urbem dedituros. Ille via Latina exercitum duxit, relicta ad laevam Appia, quam Appius Consul Romanus ante annos nongentos muniit, ac suo donavit nomine. Viam Appiam diebus quinque emetitur vir expeditus. Ab urbe enim Roma ad Capuam pertinet, ea latitudine, ut adversa inter se plaustra duo libere commeent. Omnium maxime spectabilis est. Molares enim et natura praeduri sunt lapides omnes: quos certe Appius e remota aliqua lapicidina illuc convexit, cum vicinus ager nullos ferat eiusmodi. Eos autem levigatos in planum, et angulatos, apte commisit, non inserto aere aliave re quapiam. Adeo tamen firma compage haerent, itaque coëunt, ut spectantibus non arte coagmentati, sed natura congeniti videantur. Et quamvis per tot saecula frequentibus plaustris ac iumentis quibuslibet quotidianum iter praebuerint, tamen nec ab ordine vel minimum ces-

ῥῆναι ἢ μείονι γενέσθαι ξυνέπεσεν, οὐ μὴν οὐδὲ τῆς ἀμαρυγῆς τι P 348 ἀποβαλέσθαι. τὰ μὲν δὴ τῆς Ἀππίας ὁδοῦ τοιαῦτά ἐστι.

Γότθοι δέ, οἳ ἐν Ῥώμῃ φυλακὴν εἶχον, ἐπεὶ τούς τε πολεμίους ἄγχιστά πῃ ἐπύθοντο καὶ Ῥωμαίων τῆς γνώμης ᾔσθοντο, ἤσχαλλον, τήν τε πόλιν φυλάσσειν καὶ τοῖς ἐπιοῦσι διὰ μάχης ἰέναι οὐχ οἷοί τε ὄντες· ἔπειτα δὲ Ῥωμαίων σφίσιν ἐνδιδόντων ἐνθένδε ἀπαλλαγέντες ἐπὶ Ῥαβέννης ἀνεχώρησαν ἅπαντες, πλήν γε δὴ ὅτι Λεύδερις, ὃς αὐτῶν ἦρχεν, αἰδεσθείς, οἶμαι, τύχην τὴν παροῦσαν, αὐτοῦ ἔμεινε. ξυνέπεσέ τε ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κατὰ B τὸν αὐτὸν χρόνον Βελισάριον μὲν καὶ τὸν βασιλέως στρατὸν ἐς Ῥώμην εἰσιέναι διὰ πύλης, ἣν καλοῦσιν Ἀσιναρίαν, Γότθους δὲ ἀναχωρεῖν ἐνθένδε διὰ πύλης ἑτέρας, ἣ Φλαμινία ἐπικαλεῖται, Ῥώμη τε αὖθις ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον ὑπὸ μηνός, ἐνδέκατον ἔτος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχοντος, ἥλω. Λεύδεριν μὲν οὖν τὸν Γότθων ἄρχοντα καὶ τῶν πυλῶν

7. ἀνεχώρησαν L. ἐχώρησαν P. 13. ὑπὸ] θ' Ἀπελλαίου Pm. „Hinc nequeo me expedire, nisi meam, quam habes in margine, coniecturam sequar, ductam ex Evagrii lib. IV. cap. 19. edit. Graecae Rob. Stephani, et ex Nicephori Call. lib. XVII. cap. 13. ubi citato Procopii testimonio, dicitur recepta Roma ἐνάτῃ ἀπελλαίου μηνός, *die* 9. *mensis Apellaei*, sive *Decembris*. Quam temporis notam videtur Procopius, vel librarius sic abbreviasse, θ' ἀπε. μηνός, ut fieri videmus quotidie. Hanc scripturam depravatam existimo sublata numeri nota θ' et ἀπε. mutato in ὑπό. Est autem Ἀπελλαῖος December, teste Evagrio, quem supra laudavi, nec piget eius referre verba: γέγονεν ὑπὸ Ῥωμαίους αὖθις ἡ Ῥώμη ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον, ἐνάτῃ Ἀπελλαίου, πρὸς δὲ Ῥωμαίων προσαγορευομένου Δικεβρίου μηνός. Nicephorus vero Call. sic loquitur: ἡ Ῥώμη αὖθις ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγένετο ἑξήκοντα ἔτεσιν ὕστερον, ἐνάτῃ Ἀπελλαίου μηνός, ὃς πρὸς Ῥωμαίων Δεκέμβριος ὀνομάζεται. Latinum etiam nomen huius mensis hic forte Procopius addiderat, ut illud iam supra expressit pagina 242 c.“ MALT. *ibid.* ἐνδέκατον] δέκατον Kanngiesserus p. 87.

sere; nec fractus quisquam est nec minutus, nec pristinum nitorem amisit. Hactenus de via Appia.

Gotthi vero, qui Romae praesidium agitabant, cum adventare hostem audissent, nec lateret eos Romanorum consilium, ex eo valde erant solliciti, quod urbem tueri, et accedentibus repugnare minime poterant. Inde postmodum, cum bona Romanorum venia, profecti, concesserunt omnes Ravennam; excepto Leuderi ipsorum Duce: quem, ut opinor, praesentis fortunae pudor ibi tenuit. Illa die evenit, ut quo tempore Romam Belisarius cum Imperatoris exercitu per portam, quam Asinariam vocant, intrabat, eodem inde Gotthi per aliam, quae Flaminia appellatur, excesserint. Atque ita recepta est Roma die IX. Decembris, anno postquam capta fuerat sexagesimo; qui fuit XI. imperii Iustiniani. Tum Leuderin Gotthorum Ducem et portarum claves ad Imperatorem Belisa-

τὰς κλεῖς Βελισάριος βασιλεῖ ἔπεμψεν, αὐτὸς δὲ τοῦ περιβόλου
C πολλαχῇ διερρυηκότος ἐπεμελεῖτο, ἔπαλξιν δὲ ἑκάστην ἐγγώνιον
V 29 ἐποίει, οἰκοδομίαν δή τινα ἑτέραν ἐκ πλαγίου τοῦ εὐωνύμου τιθέμενος, ὅπως οἱ ἐνθένδε τοῖς ἐπιοῦσι μαχόμενοι πρὸς τῶν ἐν ἀριστερᾷ σφίσι τειχομαχούντων ἥκιστα βάλλωνται, καὶ τάφρον ἀμφὶ τὸ τεῖχος βαθεῖάν τε καὶ λόγου ἀξίαν πολλοῦ ὤρυσσε. Ῥωμαῖοι δὲ τὴν μὲν πρόνοιαν τοῦ στρατηγοῦ καὶ διαφερόντως τὴν ἐς τὰς ἐπάλξεις ἀποδεδειγμένην ἐμπειρίαν ἐπῄνουν, ἐν θαύματι δὲ μεγάλῳ ποιούμενοι ἤσχαλλον, εἴ τινα ὡς πολιορκηθήσεται ἔν-
D νοιαν ἔχων, ᾠήθη ἐσιτητά οἱ ἐς Ῥώμην εἶναι, ᾗ οὔτε πολιορκίαν οἵα τέ ἐστι φέρειν τῶν ἐπιτηδείων τῇ ἀπορίᾳ, διὰ τὸ μὴ ἐπιθαλάσσιος εἶναι, καὶ τείχη περιβαλλομένη τοσοῦτόν τι χρῆμα, ἄλλως τε καὶ ἐν πεδίῳ κειμένη ἐς ἄγαν ὑπτίῳ τοῖς ἐπιοῦσιν εὐέφοδος, ὡς τὸ εἰκός, ἔστιν. ὁ δὲ καὶ ταῦτα ἀκούων τὰ ἐς πολιορκίαν οὐδέν τι ἧσσον ἅπαντα ἐξηρτύετο, καὶ τὸν σῖτον, ὃν
H 189 ταῖς ναυσὶν ἔχων ἐκ Σικελίας ἐφίκετο, ἐν οἰκήμασι δημοσίοις καταθέμενος ἐφύλασσε, καὶ Ῥωμαίους ἅπαντας, καίπερ δεινὰ ποιουμένους, ἠνάγκαζεν ἅπαντα σφίσι τὰ ἐπιτήδεια ἐκ τῶν ἀγρῶν ἐσκομίζεσθαι.

P 349 ιε'. Τότε δὴ καὶ Πίτζας, Γότθος ἀνήρ, ἐκ Σαμνίου ἥκων, αὐτόν τε καὶ Γότθους, οἳ ἐκείνῃ ξὺν αὐτῷ ᾤκηντο, καὶ Σαμνίου τοῦ ἐπιθαλασσίου μοῖραν τὴν ἡμίσειαν Βελισαρίῳ ἐνεχείρισεν, ἄχρι ἐς τὸν ποταμόν, ὃς τῆς χώρας μεταξὺ φέρεται.

4. ἐν ἀριστερᾷ Maltretus. Aberat ἐν. 9. ἤσχαλλον] ἤσχαλον L.

rius misit, et cura ad muros, qui passim collapsi erant, reparandos conversa, minas ita extruxit, ut in angulum omnes desinerent, addita a sinistro latere appendice, ne defensores ad illos positi paterent telis oppugnantium a parte laeva: et moenibus altam ac praeclaram fossam circumdedit. Ac providentiam quidem Magistri militum, et solertiam in pinnarum structura praecipue elucentem Romani praedicabant; iidem vero angebantur, vehementer mirantes, quid illi in mentem venisset, ut si obsessum iri se intelligeret, intraret Romam, obsidioni ferendae imparem, tum ob annonae difficultatem, quam, quod a mari absit, passura esset; tum ob ingentem murorum ambitum, situmque in campo planissimo, qui facilem invadentibus praebet aditum, pro natura loci. Haec audiens Belisarius, nihilo segius omnia ad obsidionem necessaria expedivit, et frumentum, quod e Sicilia secum advexerat, in horrea publica conditum servavit. Immo vero Romanos omnes, ex agris comportare quidquid annonae ibi habebant, quamvis id aegre ferrent, coëgit.

15. Tum etiam Pitzas, natione Gotthus, profectus e Samnio, se et Gotthos, qui ibi cum ipso degebant, ac Samnii maritimi dimidiam partem, ad fluvium usque, qui regionem interluit, Belisarii potestati permi-

Γότθοι δὲ, ὅσοι ἐπὶ θάτερον τοῦ ποταμοῦ ἵδρυντο, οὔτε τῷ Πίτζᾳ ἕπεσθαι οὔτε βασιλεῖ κατήκοοι εἶναι ἤθελον. στρατιώτας τέ οἱ Βελισάριος οὐ πολλοὺς ἔδωκεν, ὅπως αὐτῷ ξυμφυλάξωσι τὰ ἐκείνῃ χωρία, πρότερον δὲ Καλαβροί τε καὶ Ἀπούλιοι, Γότθων σφίσι τῇ χώρᾳ οὐ παρόντων, Βελισαρίῳ ἐθελούσιοι προσε- B *χώρησαν οἵ τε παράλιοι καὶ οἱ τὰ μεσόγεια ἔχοντες. ἐν τοῖς καὶ Βενεβεντός ἐστιν, ἣν πάλαι Μαλεβεντὸν ὠνόμασαν Ῥωμαῖοι, τανῦν δὲ Βενεβεντὸν καλοῦσι, τὴν ἀπὸ τοῦ προτέρου ὀνόματος διαφεύγοντες βλασφημίαν. βέντος γὰρ ἄνεμον Λατίνων φωνὴ δύναται. ἐν Δαλματίᾳ γάρ, ἣ ταύτῃ καταντικρὺ ἐν τῇ ἀντιπέρας ἠπείρῳ κεῖται, ἀνέμου τι πνεῦμα σκληρόν τε καὶ ὑπερφυῶς ἄγριον ἐπισκήπτειν φιλεῖ, ὅπερ ἐπειδὰν ἐπιπνεῖν ἄρξηται, ὁδῷ ἰόντα ὅντινα ἄνθρωπον ἐνταῦθα εὑρεῖν οὐδεμία μηχανή ἐστιν,* C *ἀλλ' οἴκοι ἅπαντες καθείρξαντες ἑαυτοὺς τηροῦσι. τοιαύτη γάρ τις ἡ τοῦ πνεύματος φορὰ τυγχάνει οὖσα ὥστε ἄνδρα ἱππέα ξὺν τῷ ἵππῳ ἁρπάσασα μετέωρον φέρει, ἐπὶ πλεῖστόν τε περιαγαγοῦσα τῆς τοῦ ἀέρος χώρας εἶτα ὅπῃ παρατύχοι ἀπορρίπτουσα κτείνει. Βενεβεντὸν δέ, ἅτε καταντικρὺ Δαλματίας οὖσαν, ὥσπερ μοι εἴρηται, ἐπί τε ὑψηλοῦ τινος χώρου κειμένην μοῖράν τινα φέρεσθαι τῆς τούτου δὴ τοῦ ἀνέμου δυσκολίας συμβαίνει. ταύτην Διομήδης ποτὲ ὁ Τυδέως ἐδείματο, μετὰ Ἰλίου ἅλωσιν ἐκ τοῦ Ἄργους ἀποκρουσθείς. καὶ γνώρισμα τῇ πόλει τοὺς ὀδόν-* D *τας συὸς τοῦ Καλυδωνίου ἐλείπετο, οὓς ὁ θεῖος Μελέαγρος*

10. ταύτῃ L, ut videtur. ταύτην P. *ibid.* καταντικρὺ] κατὰ ἀντικρὺ P, et infra κατ' ἀντικρύ. 13. ὅντινα] ὅτι HL: ὅντινα Scaliger et P. 14. ἅπαντες LPm. ἅπαντα HP. 17. παρατύχοι] Vulgo παρατύχῃ.

sit. Gotthorum, qui trans fluvium habitabant, nemo Pitzam sequi, neque in ditionem Imperatoris concedere voluit. Belisarius vero milites ei non multos dedit, qui cum ipso tractum illum tuerentur. Iam ante Belisario se sponte dediderant, nullo constricti Gotthorum praesidio, Calabri Apulique, cum maris accolae, tum mediterranea incolentes: in quorum urbibus est Beneventum, olim Maleventum a Romanis dictum. Nunc autem Beneventum vocant, execrationem vitantes priori inditam nomini. Nam vox quidem Latina *Ventus* auram spirantem significat. In Dalmatia vero, quae contra hanc urbem in adversa continente sita est, malus ac vehementissimus ventus bacchatur: qui quoties flare coeperit, in via neminem reperire est: at omnes se domi tenent. Is enim est venti impetus, ut equitem cum equo in sublime rapiat, ac diu per auras circumactum, quocumque sors tulerit, proiiciens enecet. Molestiae quam affert hic ventus, non expers est Beneventum, quippe contra Dalmatiam, ut dixi, editoque in loco positum. Eam urbem filius Tydei Diomedes, ab Argis olim, post excidium Ilii, pulsus, condidit, ibique in monumentum reliquit apri Calydonii dentes, qui ipsius patruo Meleagro in venationis

9. *πάμπολύ τι*] Vulgo *πάμπολύ τε*. 13. *ἰέναι* addidi ex Vat. *ibid.* *ἤθελε* Vat. Vulgo *ἦλθε*. 16. *ἐς* L. *εἰς* P.

Magistrum quoque militum postea Imperator misit Demetrium, qui antea Belisarium in expeditionem secutus fuerat, cohortem peditum ducens. Hic Demetrius, cum in Siciliam applicuisset, et Cononem ac Neapolitanos arctissima obsidione, summaque cibariorum penuria premi audisset, confestim quidem suppetias afferre voluit: quoniam vero paucis, neque ullo fere habendis numero copiis stipatus, efficere id minime poterat, istud excogitavit. Contracto ex omni Sicilia magno navium numero, cum illis, frumento caeteraque annona onustis, navigavit, speciem hostibus praebens impositi in eas militis plurimi. Neque ab hostium sensu aberravit. Ingentem enim exercitum contra se tendere eo coniiciebant, quod classem maximam e Sicilia profectam audiverant. Ac si ipso statim initio Neapolin recta venisset Demetrius, hostes, mea quidem sententia, perculisset, atque urbem servasset, nemine repugnante. Iam vero territus periculo, Neapolin appellere noluit: sed navibus ad Romae portus applicitis, multum operae in cogendis inde militibus posuit. Illi iam a Barbaris victi, eosque adhuc reformidantes, recusarunt adversus Totilam et Gotthos vadere cum Demetrio. Unde huic necesse fuit cum iis tantum, quos Byzantio duxerat, ire Neapolin. Alter erat Demetrius, genere Cephalenus, olim nauta, rei maritimae et discriminum, quae in ea

λαιὸν καὶ τῶν κατὰ θάλασσαν ἔργων τε καὶ κινδύνων ἀκριβῶς ἔμπειρος, πλεύσας δὲ ξὺν Βελισαρίῳ ἔς τε Λιβύην καὶ Ἰταλίαν B ἐγένετο ἐς ταύτην δὴ τὴν ἐμπειρίαν εὐδόκιμος. καὶ ἀπ' αὐτοῦ ἐπίτροπον βασιλεὺς αὐτὸν Νεαπόλεως κατεστήσατο. ἐπειδή τε οἱ βάρβαροι τὸ χωρίον πολιορκεῖν ἤρξαντο, ἀσελγείᾳ πολλῇ ἐχόμενος ἐς Τωτίλαν συχνὰ ὕβριζεν, λίαν τε ἀθυρόγλωσσος ἐν τούτῳ τῷ πόνῳ ὁ ἀνὴρ ὤφθη. προϊόντος δὲ τοῦ κακοῦ καὶ τῆς ἀπωλείας τοῖς πολιορκουμένοις ἐπὶ μέγα χωρούσης γνώμῃ Κόνωνος ἐς λέμβον τινὰ λάθρα ἐμβὰς ἐτόλμησε παρὰ τὸν στρατηγὸν Δημήτριον ἰέναι μόνος. ἐκ δὲ τοῦ παραδόξου σωθείς τε καὶ ξυγ- C γενόμενος τῷ Δημητρίῳ ἐθράσυνέ τε μάλιστα καὶ ἐς ταύτην δὴ τὴν πρᾶξιν ἐνῆγε. Τωτίλας δὲ τὸν πάντα λόγον ἀμφὶ τῷ στόλῳ τούτῳ ἀκούσας δρόμωνας μὲν πολλοὺς ἄριστα πλέοντας ἐν παρασκευῇ εἶχεν, ἐπεὶ δὲ κατῆραν ἐς τὴν ἐκείνῃ ἀκτὴν οἱ πολέμιοι Νεαπόλεως οὐ μακρὰν ἄποθεν, ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου κατέπληξέ τε καὶ ἐς φυγὴν ἅπαντας ἔτρεψε. καὶ αὐτῶν πολλοὺς μὲν ἔκτεινεν, ἐζώγρησε δὲ πλείστους, διέφυγον δὲ ὅσοι ἐς τῶν νεῶν τοὺς λέμβους ἐσπηδῆσαι κατ' ἀρχὰς ἴσχυσαν, ἐν τοῖς καὶ Δημήτριος D ὁ στρατηγὸς ἦν. τὰς γὰρ ναῦς ἁπάσας ξὺν αὐτοῖς φορτίοις, αὐτοῖς ἀνδράσιν, οἱ βάρβαροι εἷλον. οὗ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Νεαπόλεως ἐπίτροπον εὗρον. γλῶσσάν τε καὶ χεῖρας ἄμφω ἀποτεμόντες οὐκ ἔκτειναν μέν, οὕτω δὲ λωβησάμενοι ὅπῃ βούλοιτο

4. βασιλεὺς] βασιλέα H: illud Hm. 13. πολλοὺς] πολλὰ H et a pr. m. L: illud Hm et L corr. 16. ἐς] εἰς L.

occurrunt, valde expertus atque intelligens. Qua peritia adeo clarus evasit, quando in Africam atque Italiam navigavit cum Belisario, ut ipsum Neapolis Procuratorem Imperator creaverit. Urbe autem obsideri coepta a Barbaris, multas in Totilam contumelias petulantius iecit, ac nimium effraeni linguae permittere in tali discrimine visus est. Progrediente et obsessis instante gravius calamitate, de Cononis sententia conscenso clam lembo, ausus est Magistrum militiae Demetrium adire solus. Praeter opinionem elapsus incolumis, cum Demetrio sermonem contulit, animo ipsum iussit esse optimo, perpulitque ut cogitata perficeret. Totilas vero plane edoctus cuiusmodi haec classis esset, complures dromones celerrimos in expedito habuit. Simul hostes ad littus illud haud procul Neapoli appulere, de improviso invectus, omnes terrore perculit vertitque in fugam. Caesis multis, vivi in eius manus venere plurimi. Evaserunt, qui ipso statim initio insiluerunt in lembos navium: quo in numero fuit Demetrius Magister militum. Naves cunctas cepere Barbari, earumque onera ac viros: inter quos Demetrium Neapolis Procuratorem nacti, lingua ambabusque manibus ei praecisis, ita mutilato, vitam et ab-

ἀφῆκαν ἰέναι. ταύτην τε Τωτίλᾳ τὴν δίκην Δημήτριος γλώσσης ἀκολάστου ἐξέτισεν.

ζ'. Ὕστερον δὲ καὶ Μαξιμῖνος πάσαις ταῖς ναυσὶ Σικελίᾳ P 481
προσέσχεν. ἔς τε τὰς Συρακούσας ἀφικόμενος ἡσυχῇ ἔμενε, κατορρωδῶν τὰ πολέμια. ἃ δὴ μαθόντες οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες σπουδῇ πολλῇ ἐς αὐτὸν ἔπεμπον, βοηθεῖν κατὰ τάχος δεόμενοι οἵ τε ἄλλοι καὶ Κώνων ἐκ Νεαπόλεως ἰσχυρότατα
πρὸς τῶν βαρβάρων πολιορκούμενος. ἤδη γὰρ ἅπαντα σφᾶς τὰ H 267
ἐπιτήδεια ἐπελελοίπει. ὁ δὲ τὸν καιρὸν ἅπαντα ἐν ταύτῃ δὴ κα-
τατρίψας τῇ ὀρρωδίᾳ, ἐπειδὴ τάς τε βασιλέως ἀπειλὰς ἔδεισε καὶ B
κακιζόμενος πρὸς τῶν ἄλλων ἀπεῖπεν, αὐτὸς μὲν οὐδέν τι ἧσσον αὐτοῦ ἔμεινε, τὸν δὲ στρατὸν ἅπαντα ξύν τε Ἡρωδιανῷ καὶ Δημητρίῳ καὶ Φάζᾳ ἐς Νεάπολιν ἔπεμψε, σφοδρότατα ἐγκειμένης ἤδη τῆς τοῦ χειμῶνος ὥρας. ἐπεὶ δὲ Νεαπόλεως ὁ Ῥωμαίων στόλος ἀγχοῦ ἐγένετο, κατέβαινε σκληρὸς ἄνεμος, ἐξαίσιόν τινα χειμῶνα ἐγείρων. καὶ ὁ μὲν Φάζας ἅπαντα ἐνεδίδου, ὁ δὲ κλύδων τὰς κώπας ἀνασπᾶν ἢ ἄλλο τι ἐνεργεῖν τοὺς ναύτας οὐκ εἴα. διά τε τῶν ῥοθίων τὸν κτύπον ἀλλήλων ἔτι κατακούειν οὐκ ἦν,
ἀλλὰ ξύγχυσίς τε λαμπρῶς ἐκράτει καὶ τοῦ πνεύματος ἐπρυτάνευε C
βία, ἥπερ αὐτοὺς ὡς ἥκιστα ἐθελουσίως ἐς τὴν ἀκτὴν ἤνεγκεν, οὗ δὴ ἐστρατοπεδεύοντο οἱ πολέμιοι. ἐπιβαίνοντες οὖν κατ'
ἐξουσίαν οἱ βάρβαροι τοῖς σκάφεσι τῶν ἐναντίων, ἔκτεινόν τε καὶ V 121

17. ἀνασπᾶν ἢ] ἀνέσπα καὶ HmPm. 20. ἐς τὴν ἀκτὴν] ἐς γῆν L.

eundi, quocunque vellet, facultatem dederunt. Has demum linguae intemperantis poenas Demetrius Totilae persolvit.

7. Postea Maximinus cum omni classe applicuit in Siciliam, ac Syracusas pervectus, animo belli formidine occupato, ibi consedit. Qua de re certiores facti Romani Duces, ipsum per nuntios, ut venire auxilio maturet, enixe rogant: in primis Conon ex urbe Neapoli instat, a Barbaris obsidione pressus arctissima. Et vero obsessos cibaria iam omnino defecerant. At ille dum ita trepidat, opportunum tempus omne elabi passus, tandem, cum et minas Imperatoris timeret, nec ferre posset aliorum convitia, ipse quidem nihilo ibi minus restitit: omnes vero copias cum Herodiano, Demetrio et Phaza Neapolin misit, ingravescente iam hieme. Neapoli Romana classis appropinquaverat, cum ventus vehemens insurrexit, tempestatemque excitavit gravissimam. Certe Phazas prorsus cedebat, nec nautae remos adducere, aliudve quidpiam agere, procella victi, nec prae fluctuum immani fremitu exaudire se invicem poterant; sed aperte regnabat confusio, et venti vis imperabat: quae invitos ad littus impulit, ubi hostes castra posuerant. Quare Barbari in Romanorum naves ad arbitrium suggressi, nemine prohibente mactabant merge-

κατέδυον οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος. ἐζώγρησαν δὲ ἄλλους τε πολλοὺς καὶ Δημήτριον τὸν στρατηγόν. Ἡρωδιανὸς δὲ καὶ Φάζας ξὺν ὀλίγοις τισὶ διαφυγεῖν ἴσχυσαν, ἐπεὶ αὐτῶν αἱ νῆες οὐ λίαν που ἄγχιστα τοῦ τῶν πολεμίων στρατοπέδου ἦλθον. τὰ D *μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ῥωμαίων στόλον ταύτῃ πῃ ἔσχε. Τωτίλας δὲ καλώδιον ἀναψάμενος ἐς τὸν Δημητρίου αὐχένα, ἔς τε τὸν Νεαπόλεως περίβολον εἷλκε καὶ παραινεῖν τοῖς πολιορκουμένοις ἐκέλευε μηκέτι ἀνονήτοις ἐλπίσι πιστεύοντας διαφθείρεσθαι, ἀλλὰ τὴν πόλιν ὅτι τάχιστα Γότθοις ἐνδιδόντας μεγάλων ἀπηλλάχθαι κακῶν. ἀδύνατον γὰρ βασιλεῖ τὸ λοιπὸν εἶναι ἄλλην σφίσιν ἐπικουρίαν ἰέναι, ἀλλ' ἐπὶ τῷ στόλῳ τούτῳ πᾶσαν αὐτοῖς τήν τε δύναμιν καὶ τὴν ἐλπίδα διολωλέναι. Δημήτριος μὲν τοσαῦτα εἶπεν, ὅσα Τωτίλας ἐκέλευεν. οἱ δὲ πολιορκούμενοι τῷ τε λιμῷ ἤδη καὶ τῇ ἄλλῃ ἀπορίᾳ ὑπερφυῶς πιεζόμενοι, ἐπεὶ τὸ πάθος* P 482 *Δημητρίου εἶδον καὶ τοὺς λόγους ἅπαντας ἤκουσαν, ἀπογνόντες ἐλπίδος ἁπάσης ἔς τε οἰμωγὰς καὶ ἀμηχανίαν ἐνέπιπτον, ἦν τε ἡ πόλις θορύβου πολλοῦ καὶ κωκυτοῦ ἔμπλεως.*

Μετὰ δὲ καὶ Τωτίλας αὐτοὺς ξυγκαλέσας ἐς τὰς ἐπάλξεις ἔλεξε τοιάδε „Οὐδεμίαν αἰτίαν ἢ μέμψιν ἐς ὑμᾶς ἔχοντες, ἄνδρες Νεαπολῖται, τανῦν ἐς πολιορκίαν τήνδε κατέστημεν, ἀλλ' ὅπως ἐχθίστων ὑμᾶς ἀπαλλάξαντες δεσποτῶν οἷοί τε ὦμεν τάς τε χάριτας ὑμῶν ἑκάστῳ τιννύναι κατ' ἐξουσίαν, ὧνπερ ἡμᾶς δε-

3. *„αὐτῶν αἱ νῆες οὐ λίαν*] Vaticani ope emendavi, cum in editione Augustana nulla esset sententia.“ Malt. *αὐτοὶ ἐς οὐλίαν* HL. 5. *τὸν Ῥωμαίων*] *τῶν ῥωμαίων* L. 8. *ἀνονήτοις*] *ἀνοήτοις* L. 18. *ξυγκαλέσας*] *συγκαλέσας* L. 21. *ὑμᾶς*] *ἡμᾶς* HL. *ibid.* *τάς τε*] *τε* delendum.

bantque fluctibus quos volebant. Multos cepere vivos, atque in his Demetrium Magistrum mil. Herodiano Phazaeque evadere cum paucis licuit: quoniam ipsorum naves haud ita prope ad hostium castra accesserant. Haec Romanae classis fortuna fuit. Totilas autem Demetrii colle resti iniecta, illum traxit ad Neapolis muros, iussitque obsessos hortari, ne se ipsi perderent, spe freti insana, sed urbe Gotthis quamprimum dedita, magnis aerumnis se expedirent: cum nihil amplius auxilii mittere posset Imperator, et vires suas omnes spemque in ea sitam classe ipsi amisissent. Haec Demetrius ex Totilae praescripto dixit. Obsessi, iam fame penuriaque pressi extrema, ubi infelicem Demetrii casum oculis, et orationem auribus acceperunt, spe omni deposita, lamentis se dediderunt, ignari quo se verterent. Erat urbs tumultu ingenti ac luctu plena.

Post, Totilas quoque, ipsis ad murorum pinnas convocatis, sic verba fecit. *Iam vos, Neapolitani, non eo obsidere aggressi sumus, quo de vobis queramur aliquid: sed potius ut a vobis inimicissimae dominationis depulso iugo, unicuique vestrum libere ac plene persolvere possimus grates*

δρακότες ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ τὰ χαλεπώτατα πρὸς τῶν πολεμίων πεπόνθατε. μόνους γὰρ Ἰταλιωτῶν ὑμᾶς ἁπάντων εὔνοιάν τε B τὴν μεγίστην ἐς Γότθων τὸ ἔθνος ἐπιδεδεῖχθαι καὶ ἀκουσίως μάλιστα ὑπὸ τοῖς ἐναντίοις γεγενῆσθαι ξυμβέβηκεν. ὥστε καὶ νῦν πολιορκεῖν ὑμᾶς ξὺν ἐκείνοις ἠναγκασμένοι τὸ πιστὸν ὑμῶν, ὡς τὸ εἰκὸς, αἰσχυνόμεθα, καίπερ οὐκ ἐπὶ τῷ πονηρῷ Νεαπολιτῶν τὴν προσεδρείαν ποιούμενοι. μὴ τοίνυν ἀχθόμενοι τοῖς ἐκ τῆς πολιορκίας δεινοῖς Γότθους οἴεσθε δεῖν δι' ὀργῆς ἔχειν. οἱ γὰρ τοὺς φίλους 'εὐεργετεῖν ἐπειγόμενοι οὐδεμίαν αἰτίαν εἰσὶν ἄξιοι πρὸς αὐτῶν φέρεσθαι, κἂν μὴ πρὸς ἡδονὴν ἀναγκάζωνται τὴν ἐς αὐτοὺς διαπράσσεσθαι χάριν. τῶν δὲ πολεμίων ὡς ἥκιστα ὑμῖν δέος εἰσίτω, μηδὲ τοῖς προλαβοῦσιν ἡγμένοι κρατήσειν αὐ- C τοὺς ἡμῶν οἴεσθε. τὰ γὰρ τοῦ βίου παράλογα τύχῃ τινὶ παρὰ δόξαν ἐλθόντα τῷ χρόνῳ αὖθις καταρρεῖν εἴωθεν. οὕτω τε ὑμῖν κατέστημεν ὥστε καὶ Κώνωνα καὶ πάντας στρατιώτας κακῶν ἀπαθεῖς ὅπῃ βούλοιντο ξυγχωροῦμεν ἰέναι, ἤν γε τὴν πόλιν ἐνδόντες ἡμῖν ἐνθένδε ἀπαλλάσσοιντο ὅτι τάχιστα, πάντα τὰ σφέτερα αὐτῶν ἔχοντες· καὶ ὑπὲρ τούτων ἡμᾶς καὶ τῆς Νεαπολιτῶν σωτηρίας ὀμεῖσθαι οὐδὲν κωλύσει." Τωτίλας μὲν τοσαῦτα εἶπεν, ἐπήνεσαν δὲ οἵ τε Νεαπολῖται καὶ οἱ ξὺν τῷ Κώνωνι στρατιῶται ἅπαντες. πολλὴ γὰρ ἀνάγκη αὐτοὺς τοῦ λοιμοῦ ἐπίεζε.

6. πονηρῷ] Vulgo πονήρῳ. 10. κἂν μὴ πρὸς ἡδονὴν P ex Vat. κἂν διὰ τῶν μὴ προσηνῶν HL, nisi quod L καὶ, εἰ ab sec. m. scripto. 18. ἔχοντες] ἔχοντας L. *ibid.* τῆς — σωτηρίας] τὴν — σωτηρίαν P.

pro illo studio, quo acerbissimam hostium importunitatem nostra causa bello hoc pertulistis. Nam inter Italos omnes vos soli in Gotthorum gentem benevolentiam singularem exhibuistis, et in ius potestatemque hostium venistis maxime inviti. Itaque iam coacti cum illis vos obsidere, fidem vestram, ut par est, reveremur; sic prorsus ut haec obsidio Neapolitanorum perniciem minime spectet. Quare si vobis gravia sunt obsidionis incommoda, ne Gotthis succensendum putetis. Etenim qui amicis benigne facere student, si efficere nequeunt ut gratia nihil ingrati habeat, non sunt digni reprehensione.] Neque animos vestros timor hostium subeat, nec vobis praeterita persuadeant illos ex nobis relaturos victoriam. Mirabiles enim eventus vitae, quos inopinata sors attulit, dies ipsa retro sublapsos referre solet. Porro hanc vobis compositionem offerimus, ut Cononi cunctisque militibus per nos liceat recipere se incolumes, quocunque volent, si modo dedita nobis urbe quamprimum excedant. Nec nos quidquam tenebit, quominus haec illis, et salutem Neapolitanis, iureiurando adhibito, polliceamur. **Orationem hanc Totilae Neapolitani, tum Conon militesque omnes probarunt, urgente illos plurimum famis necessitate. Fidei tamen**

πίστιν μέντοι ἐς βασιλέα φυλάσσοντες καὶ βοήθειάν τινα ἔτι παρ-
D ἔσεσθαι σφίσι καραδοκοῦντες τριάκοντα ἡμερῶν ὡμολόγουν ἐν-
δώσειν τὴν πόλιν. Τωτίλας δὲ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνασοβεῖν ἐλπίδα
ἐθέλων τριῶν μηνῶν ἔταξε χρόνον, ἐφ' ᾧ δὴ τὰ ὡμολογημένα
ποιήσωσι. πρότερον δὲ οὐ προσβολήν τινα κατὰ τοῦ περιβόλου
ποιήσεσθαι ἰσχυρίζετο, οὐδὲ ἄλλῃ τινὶ ἐπιβουλῇ ἐς αὐτοὺς χρῆ-
H 268 σθαι. ταῦτα μὲν οὖν οὕτως ἐδέδοκτο. οἱ δὲ πολιορκούμενοι οὐκ
ἀναμείναντες τὴν κυρίαν (λίαν γὰρ ἐβιάζοντο τῶν ἀναγκαίων τῇ
ἀπορίᾳ) ὀλίγῳ ὕστερον τῇ πόλει Τωτίλαν τε καὶ τοὺς βαρβάρους
ἐδέξαντο. καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ ὄγδοον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πο-
λέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

P 483 V 122 η'. Ἐπειδὴ δὲ Νεάπολιν Τωτίλας εἷλε, φιλανθρωπίαν ἐς
τοὺς ἡλωκότας ἐπεδείξατο οὔτε πολεμίῳ οὔτε βαρβάρῳ ἀνδρὶ
πρέπουσαν. τοὺς μὲν γὰρ Ῥωμαίους λιμῷ νενοσηκότας λαβὼν,
οἷς δὴ ὑπ' αὐτοῦ καὶ ἡ τοῦ σώματος ἰσχὺς ὀπίσω ἤδη ἐκεχωρή-
κει, δείσας μὴ βρώσεως ἐκ τοῦ αἰφνιδίου εἰς κόρον ἐλθόντες,
ὡς τὸ εἰκὸς, ἀποπνιγεῖεν, ἐπενόει τάδε. φυλακὰς ἔν τε τῷ λι-
μένι καὶ ταῖς πύλαις καταστησάμενος ἐκέλευε μηδένα πη ἐνθένδε
ἰέναι. αὐτὸς δὲ ἅπασι σμικρολογίᾳ τινὶ προμηθεῖ ἐνδεέστερον ἢ
κατὰ τὴν ἐπιθυμίαν τὰ σιτία παρείχετο, προσεπιβάλλων ἡμέρᾳ
B ἑκάστῃ τοσοῦτον τοῦ μέτρου ὅσον οὐ δοκεῖν αἴσθησιν τῶν ἐντι-
θεμένων ἐς ἀεὶ γίνεσθαι. οὕτω τε αὐτοῖς ἐπιρρώσας τὴν δύνα-

4. δὴ τὰ] δὴ τούτους τὰ L. δὴ [τούτοις] τὰ H. 5. ποιή-σωσι] ποιεῖν ex Reg. affert Malt.: sed L ποιήσωσι a pr. m., ποιεῖν ab Scaligero. 15. δὴ ὑπ'] δὴ καὶ ὑπ' L. 19. ἅπασι L. ἅπασιν P. 21. δοκεῖν] δοκεῖ L.

Imperatori praestandae studio ducti, et venturum subsidium adhuc expectantes, spoponderunt, urbem se tradituros intra dies xxx. Tum Totilas ut spem ipsis omnem eriperet, tres menses implendae conventioni praestituit, confirmavitque se ante spatii illius exitum nullam in muros facturum impressionem, nihilque machinaturum. Ita quidem convenit. Verum obsessi, summa victus inopia coacti dictam diem non expectare, paulo post in urbem Totilam ac Barbaros acceperunt. Simul hiems, simul annus VIII. huius belli a Procopio scripti decessit.

8. Neapoli potitus Totilas, eam captis praestitit humanitatem, quae nec in hostem, nec in Barbarum cadat. Cum enim Romanos cepisset sic affectos inedia, ut iam corporibus vires abscessissent, veritus ne repente ingesto, ut fit, ad satietatem cibo praefocarentur, hoc consilium iniit. Custodiis ad portum et portas dispositis, edixit ne quis exiret. Ac cibos ipse provida parsimonia infra appetentiae modum praebebat omnibus, aliquid quotidie sic adiiciens, ut accessio sensum suffugere videretur. Ita demum confirmatis eorum viribus, portas pandit, et cuique

μιν καὶ τὰς πύλας ἀναπετάσας ἕκαστον ὅπη βούλοιτο ἀφῆκεν ἰέναι. Κόνωνα δὲ καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ στρατιώτας, ὅσους δὴ αὐτοῦ μένειν ἥκιστα ἤρεσκεν, ἐς ναῦς ἐμβιβάσας πλεῖν κατ' ἐξουσίαν ἐκέλευε. καὶ οἱ μὲν αἰσχύνην φέρειν σφίσιν οἰόμενοι τὴν ἐς Βυζάντιον ἀναχώρησιν, πλεῖν κατὰ τάχος ἐπὶ Ῥώμην διενοοῦντο. τοῦ δὲ ἀνέμου σφίσιν ἀντιστατοῦντος ἀπαίρειν ἐνθένδε οὐδαμῇ ἔχοντες διηποροῦντο, δεδιότες μή τι Τωτίλαν τῶν ὡμολογημένων ὀλιγωρεῖν διὰ τὸ κεκρατηκέναι ξυμβαίη, καὶ κακόν τι μέγα πρὸς αὐτοῦ λάβωσιν. ὧνπερ ἐπεὶ ὁ Τωτίλας ᾔσθετο, ξυγκαλέσας C ἅπαντας παρηγορεῖν τε ἤρξατο καὶ τὰ πιστὰ ἔτι μᾶλλον αὐτοῖς ἐπιρρώσας, θαρσεῖν μὲν ἤδη ἐκέλευε καὶ τῷ Γότθων στρατῷ φόβῳ οὐδενὶ ἀναμίγνυσθαι, τά τε ἐπιτήδεια ἐνθένδε ὠνεῖσθαι καὶ εἴ του ἄλλου δέοιντο, ἅτε παρὰ φίλων κομίζεσθαι. ἐπειδὴ δὲ τὸ πνεῦμα ἔτι σφίσιν ἀπ' ἐναντίας ἐφέρετο καὶ χρόνος ἐτρίβη συχνὸς, ἵππους τε καὶ ὑποζύγια παρασχόμενος, ἐφόδιά τε αὐτοῖς δωρησάμενος, ἐς Ῥώμην αὐτίκα ἐκέλευεν ὁδῷ ἰόντας πορεύεσθαι, πομπούς τινας τῶν ἐν Γότθοις δοκίμων σφίσι ξυμπέμψας. τὸ δὲ Νεαπόλεως τεῖχος καθελὼν ἐς ἔδαφος ἀνεχώρησεν, ὅπως αὐτὴν μὴ καταλαβόντες αὖθις Ῥωμαῖοι ἔκ τε ἐχυροῦ ὁρμώμενοι D πράγματα Γότθοις παράσχωσιν. ἐν πεδίῳ γὰρ μᾶλλον ἐκ τοῦ εὐθέος διακρίνεσθαι μάχῃ πρὸς αὐτοὺς ἤθελεν ἢ τέχναις τισὶ καὶ σοφίσμασι διαμάχεσθαι. μοῖραν μέντοι αὐτοῦ καθελὼν πολλὴν τὸ λοιπὸν εἴασεν.

4. φέρειν om. L.   13. του L. σου P.

eundi, quo libitum esset, copiam fecit. Cononi eiusque militibus, quibus manere ibi non placuit, in naves impositis, cursum liberum dedit. Illi redire Byzantium pudore prohibiti, sine mora navigare Romam volebant. Cum autem inde solvere adversus ventus non sineret, angebantur metu, ne victoria Totilam ad spernendam promissi fidem adduceret, et ab ipso pessime haberentur. Id persentiens Totilas, omnes ad se convocatos solari coepit, et fide verbis gravioribus confirmata, bono iam esse animo iussit, et cum Gotthorum exercitu sine ullo metu versari: emere cibaria, ac sic quid praeterea opus haberent, ab ipsis, tanquam ab amicis accipere. Multo tempore elapso, et vento tamen adhuc reflante, equos illis ac iumenta praebet, largitur viaticum, et profectionem expedit Romam versus, additis e Gotthorum flore nonnullis, qui ipsos deducant. Ipse quoque discessit, postquam Neapolis muros aequavit solo: ne Romani recepta urbe, negotium Gotthis facesserent, ex tuto impetum facientes. Siquidem aperto Marte cum illis in campo decernere malebat quam technis fallaciisque certare. Maximam murorum partem demolitus, quod supererat, intactum reliquit.

Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον Ῥωμαῖός τις αὐτῷ προσελθών, Καλαβρὸς γένος, ᾐτιᾶτο τῶν δορυφόρων τῶν αὐτοῦ τινα τὴν
P 484 παῖδα παρθένον οὖσαν οὔ τι ἑκουσίαν βιάσασθαι. καὶ ὃς τὸν ἄνθρωπον οὐκ ἀπαρνηθέντα τὸ ἔγκλημα τίσασθαι τῆς ἁμαρτάδος ἐν σπουδῇ ἔχων ἐν δεσμωτηρίῳ καθεῖρξε. δείσαντες δὲ ἀμφ' αὐτῷ τῶν βαρβάρων οἱ δοκιμώτατοι (δραστήριος γάρ τις ἀνὴρ ἐτύγχανεν ὢν καὶ ἀγαθὸς τὰ πολέμια) ξυλλεγέντες εὐθὺς καὶ Τωτίλᾳ ἐς ὄψιν ἐλθόντες ἐδέοντο τῷ ἀνθρώπῳ τὴν αἰτίαν ἀφεῖναι. ὁ δὲ πρᾴως τε καὶ ταραχῇ οὐδεμιᾷ τῶν λεγομένων τὴν μάθησιν ποιησάμενος ἔλεξε τοιάδε „Οὐκ ἀπανθρωπίας ὑπερβολῇ εἴκων οὐδὲ ξυγγενῶν ὑπερηδόμενος ξυμφοραῖς, ἀλλ' ὡς ἔνι μάλιστα δεδιὼς μή τι Γότθοις ξυμβήσεται φλαῦρον, ἐς λόγους τούσδε, ὦ
B ξυστρατιῶται, καθίσταμαι. ἐγὼ μὲν οὖν τοῦτο οἶδα, ὡς τῶν ἀνθρώπων ὁ πολὺς ὅμιλος τὰ τῶν πραγμάτων ὀνόματα μεταβάλλουσιν ἐς πᾶν τοὐναντίον. φιλανθρωπίαν μὲν γὰρ καλεῖν τὴν παρανομίαν εἰώθασιν, ἐξ ἧς διεφθάρθαι τε τὰ χρηστὰ πάντα καὶ ξυντεταράχθαι ξυμβαίνει, σκαιὸν δὲ καὶ ἀτεχνῶς δύσκολον τὸν ὃς ἂν τὰ νόμιμα περιστέλλειν ἐς τὸ ἀκριβὲς βούληται, ὅπως δὴ τοῖς ὀνόμασι τούτοις παραπετάσμασιν ἐς τὴν ἀσέλγειαν χρώμενοι ἀδεέστερον ἐξαμαρτάνειν τε ἱκανοὶ εἶεν καὶ τὴν μοχθηρίαν ἐνδείκνυσθαι. ὑμῖν δὲ παραινῶ μὴ τῆς ὑμῶν αὐτῶν σωτηρίας
V 123 ἁμαρτάδα ἑνὸς ἀνδρὸς ἀνταλλάξασθαι, μηδὲ τοῦ μιάσματος

19. τούτοις HL. τούτοις ὡς P. 20. εἶεν] ἦεν HP. ἦσαν L. 22. ἀνταλλάξασθαι L a pr. m. ἀνταλλάξεσθαι P. ἀνταλλάξασθε L corr.

Sub idem tempus, Romanus quidam, genere Calaber, ipsum adiit, et a quodam ex eius Praetorianis stuprum filiae suae virgini, renitenti, illatum questus est. Hominem flagitium non diffitentem in carcerem inclusit Totilas, id sedulo agens, ut is culpam lueret. Cuius capiti metuentes Barbarorum spectatissimi (vir enim erat impiger ac bellicosus) statim facto agmine Totilam conveniunt, et reo precantur veniam. Eorum ille oratione benigne et sine ulla perturbatione audita, haec retulit. *In hanc orationem ingredior, Commilitones, non impotenti saevitiae motu, neque eo, quo me popularium meorum calamitas oblectet: sed qui maxime timeo, ne quid sinistri Gotthis contingat. Equidem scio a plerisque inverti rerum nomina, et in contrarium omnino accipi. Quae enim est honestarum rerum corruptrix omnium ac perturbatrix licentia, eam appellare solent humanitatem: eum autem, qui legum auctoritatem optime tueri velit, difficilem ac summe morosum vocant; ut his nominibus, quasi velis quibusdam obtentis intemperantiae, liberius peccare possint, et improbitatem ostendere. Vos autem hortor, ne unius culpam iactura salutis vestrae redimatis, et cum sitis insontes, fiatis participes huius piaculi.* Res enim

τοῦδε αὐτοὶ τὸ μέρος οὐδὲν ἀδικοῦντες μεταλαχεῖν. τό τε ἐξα-
μαρτεῖν καὶ τὸ διακωλύειν τὴν ἐς τοὺς ἐξημαρτηκότας τιμωρίαν,
οἶμαι, ἐν ἴσῳ ἐστί. βούλομαι τοίνυν οὑτωσὶ σκοπουμένους ὑμᾶς C
ποιήσασθαι τὴν ὑπὲρ τῶν παρόντων διάγνωσιν, ὡς νῦν αἵρεσις
ὑμῖν δυοῖν πρόκειται, ἢ τὸν ἄνδρα τοῦτον ὧν ἠδίκηκε μὴ δοῦναι
τὴν δίκην, ἢ τὸ τῶν Γότθων γένος σεσῶσθαί τε καὶ τὸ τοῦ πο-
λέμου κεκτῆσθαι κράτος. σκέψασθε γὰρ ὅσον ἦν ἡμῖν κατ' ἀρ-
χὰς τοῦδε τοῦ πολέμου στρατιωτῶν μὲν πλῆθος, δόξῃ τε καὶ τῇ H 269
ἐς τοὺς κινδύνους ἐμπειρίᾳ λαμπρὸν, χρήματα δὲ ξυνελόντα εἰ-
πεῖν ἀριθμοῦ κρείσσω, ἵππων δὲ καὶ ὅπλων περιουσίας ὑπερβολή
τις, καὶ πάντα ὅσα ἔν γε Ἰταλιώταις ὀχυρώματα ὄντα τυγχάνει.
καὶ ταῦτα γὰρ οὐκ ἀχρεῖα παντάπασιν εἶναι δοκεῖ τοῖς ἐς πόλεμον
καθισταμένοις ἐφόδια. ἐπεὶ δὲ ὑπὸ Θευδάτῳ ταττόμενοι, ἀνδρὶ D
τὸ δίκαιον περὶ ἐλάσσονος τῆς ἐς τὸ πλουτεῖν ἐπιθυμίας πεποιη-
μένῳ, ἵλεων ἡμῖν τὸν θεὸν παρανομίᾳ τῇ ἐς δίαιταν ὡς ἥκιστα
κατεστήσαμεν. ὅπῃ ποτὲ κεχώρηκεν ἡμῖν ἡ τύχη ἐπίστασθε δή
που, ὑφ' οἵων τε καὶ ὁπόσων ἡσσημένοις ἀνδρῶν. νῦν δὲ τὴν
δίκην παρ' ἡμῶν ὁ θεὸς ὧν ἐξημάρτομεν ἱκανῶς ἔχων αὖθις ἡμῖν
κατὰ τὸ βούλημα ῥυθμίζει τὸν βίον καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν ἄμει-
νον ἡμῖν ἢ κατ' ἐλπίδας τὰ πράγματα ἄγει· οἷς δὲ ὑπὲρ τὴν
ὑπάρχουσαν δύναμιν νενικηκέναι τοὺς πολεμίους τετύχηκε περι-
στέλλειν τὴν τῆς νίκης πρόφασιν, τῷ τὰ δίκαια πράσσειν ξυνοί-
σει μᾶλλον ἢ ἀπ' ἐναντίας αὐτοῦ ἰόντας φθονεροὺς ἡμᾶς ἐφ'

5. τοῦτον addidi ex Vat. *ibid.* ὧν PHm. ὃν H. *ibid.* ἠδίκηκε HL. ἠδίκησε P. 7. γὰρ ὅσον ἦν Reg. et Hm. γὰρ ἦν L. γὰρ ἦν H. γὰρ ὡς ἦν P. 16. ἡμῖν] ἡμῖν αὐτοῖς L.

pares esse iudico, deliquisse, et quo minus plectantur sontes impedire. Itaque de re praesenti iudicium ita feratis velim, ut attendatis datam vobis optionem utrum malitis vel hunc eximere sceleris poena, vel Gotthicam nationem servare, et belli victoriam adipisci. Enimvero considerate, nos belli huius initio militibus laude et rei militaris peritia inclytis abundasse: pecunias habuisse, ut verbo dicam uno, innumerabiles, equorum armorumque ingentem vim, et omnes Italiae munitiones: quae quidem adminicula bellum capessentibus non omnino levia videntur esse. Principe tamen Theodato, viro, apud quem plus auri quam aequi amor valebat, iniqua vivendi ratione infensum nobis Deum reddidimus: neque ignoratis a quibus et quot numero viris subacti in quantam devenerimus calamitatem. Iam vero Deus, nostra satis ultus delicta, nobis iterum vitae cursum ex sententia componit, utque uno omnia complectar verbo, spe melius res nostras promovet. Nostris autem maiore quam pro viribus relata ex hoste victoria, caussam, a qua fluxit, retinere praestat iustitiae cultu, quam illam violando

ἡμῖν αὐτοῖς γεγενῆσθαι δοκεῖν. οὐ γάρ ἐστιν, οὐκ ἔστι, τὸν ἀδικοῦντα καὶ βιαζόμενον ἐν τοῖς ἀγῶσιν εὐδοκιμεῖν, ἀλλὰ πρὸς
P 485 τὸν βίον ἑκάστου ἡ τοῦ πολέμου πρυτανεύεται τύχη." Τωτίλας μὲν τοσαῦτα εἶπεν. ἐπαινέσαντες δὲ τὰ εἰρημένα οἱ Γότθων λόγιμοι τὸν μὲν δορυφόρον οὐκ ἔτι ἐξῃτοῦντο, ἀλλ' εἴων ὅπως ποτὲ αὐτῷ πράσσειν δοκοίη. καὶ ὃς τὸν μὲν ἄνθρωπον οὐκ εἰς μακρὰν διεχρήσατο, τὰ δὲ χρήματα, ὅσα δὴ αὐτῷ ἐτύγχανεν ὄντα, τῇ βιασθείσῃ παρείχετο.

B θ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα Τωτίλας ἔπρασσεν, ἐν τούτῳ οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες ξὺν τοῖς στρατιώταις τὰ τῶν κατηκόων χρήματα ἥρπαζον, καὶ ὕβρεώς τε καὶ ἀσελγείας οὐδ' ὁτιοῦν ὑπελείποντο, ἀλλ' οἱ μὲν ἄρχοντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν ἔχοντες ἐρωμένας ἐκώμαζον, οἱ δὲ στρατιῶται ἀπειθεστέρους αὐτοὺς τοῖς ἄρχουσι παρεχόμενοι εἰς πᾶσαν ἰδέαν ἀτοπίας ἐνέπιπτον. τοῖς δὲ Ἰταλιώταις περιῆν ἅπασι πάσχειν τὰ χαλεπώτατα πρὸς ἑκατέρων τῶν στρατοπέδων. τοὺς μὲν γὰρ ἀγροὺς ἐστέρηντο πρὸς τῶν πολεμίων, ὑπὸ δὲ τοῦ βασιλέως στρατοῦ ἔπιπλα πάντα. καὶ
C προσῆν αὐτοῖς αἰκίζεσθαί τε οὐδενὶ λόγῳ καὶ διαφθείρεσθαι, τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ πιεζομένοις. οἱ γὰρ στρατιῶται ἀμύνειν σφίσι κακουμένοις πρὸς τῶν πολεμίων οὐδαμῇ ἔχοντες οὐχ ὅσον ἐρυθριᾶν ὡς ἥκιστα ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἐγίνωσκον, ἀλλὰ καὶ τοὺς βαρβάρους ποθεινοὺς αὐτοῖς εἶναι οἷς ἐξημάρτανον ἀπειργάζοντο. οἷς δὴ Κωνσταντιανὸς ἀπορούμενος γράμματα Ἰουστινιανῷ βασι-

13. ἐρωμένας] ἐρρωμένως L a pr. m. et H. 16. γὰρ om. L.

testari, nos ipsos nostrae esse invidos et osores felicitatis. Nequit enim, nequit profecto fieri, ut qui iniuriam ac vim infert, rem praeclare gerat in praeliis: sed belli fortuna pro cuiusque vita temperatur. Haec Totilas: quibus assensi Gotthorum Proceres, abstiterunt ab eo deprecari Praetorianum, ipsiusque arbitrio permiserunt. Nec multo post ille morte multavit hominem, atque eius fortunas omnes compressae virgini adiudicav t.

9. Dum ita se gerit Totilas, interea exercitus Romani Duces ad milites subditorum fortunas diripiunt, seque incontinentiae et libidini penitus dedunt. Ac Duces quidem in munitionibus habebant apud se scorta, et comessabantur: milites vero, corroborata adversus ipsos contumacia, in omne insolentiae genus prolabebantur. Itali universi acerbissime ab utroque vexabantur exercitu: hinc agris a Gotthis, inde cuncta supellectili a Caesarianis exuti. Praeterea nulla de causa vapulabant, et inedia necabantur. Cumque ab illis iniurias hostium prohibere non possent milites, adeo non praesentem rerum statum erubescebant, ut sceleribus suis desiderium Barbarorum in eorum animis excitarent. Inter haec inops consilii Constantianus Iustiniano Aug. per literas aperte significat,

λεῖ ἔπεμψεν, ἄντικρυς ἀποφαίνων ὅτι δὴ Γότθων τῷ πολέμῳ ἀντέχειν ἀδύνατος εἴη. οἵ τε ἄλλοι ἄρχοντες, ὥσπερ τὴν γνώμην ἐπιφημίζοντες, ἐν τούτῳ δὴ τῷ γραμματείῳ τὴν ὁμολογίαν ἐσήμαινον τῆς ἐς τὴν ἀγωνίαν ὀκνήσεως. Ἰταλιώταις μὲν οὖν τὰ πράγματα ἐφέρετο τῇδε.

Τωτίλας δὲ Ῥωμαίων τῇ βουλῇ ἐπιστολὴν ἔπεμψεν. ἐδή- D λου δὲ ἡ γραφὴ τάδε „Ὅσοι μὲν ἀδικοῦσι τοὺς πέλας, ἢ προλαβούσης ἀγνοίας ἢ λήθης ἐπιγινομένης τινός, τούτοις ἄξιον τοὺς τὰ δεινὰ πεπονθότας ξυγγνώμονας εἶναι. τὸ γὰρ τῆς ἁμαρτάδος ξυμπεσὸν αἴτιον τῶν ἐγκλημάτων αὐτοῖς παραιτεῖται τὸ πλεῖστον. ἢν δέ τις ἐκ προνοίας ἀδικῇ μόνης, τούτῳ δὲ μηδὲ ἀντιλέγειν ποτὲ περὶ τῶν πεπραγμένων λελείψεται. οὐ γὰρ τοῦ ἔργου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς γνώμης αὐτὸς φέρεσθαι τὴν αἰτίαν δίκαιος ἂν εἴη. οὐκοῦν, ἐπειδὴ ταῦτα οὕτως ἔχει, λογίζεσθε ἤδη τί ποτε V 124 ἄρα ὑμῖν ἀπολελογῆσθαι πρὸς τὰ ἐς Γότθους εἰργασμένα ξυμβήσεται· πότερον ὑμᾶς ἀγνοεῖν τὰς τοῦ Θευδερίχου τε καὶ Ἀμαλασούνθης εὐεργεσίας τετύχηκεν, ἢ χρόνῳ τε αὐτὰς καὶ λήθῃ ἐν P.486 ὑμῖν ἐξιτήλους εἶναι. καίτοι οὐκ ἔστι τούτων οὐδέτερον. οὐ γὰρ ἐπὶ φαύλοις τισὶν οὐδὲ εἰς τὰ ἐν μετρίοις τὰς χάριτας αὐτούς, κατὰ δὴ τὸν παλαιὸν χρόνον, ἐπιδεδεῖχθαι ξυνέβη, ἀλλ' ἐν τοῖς ἀναγκαιοτάτοις, ἔν γε ὑμῖν αὐτοῖς ἐναγχός τε καὶ ἐξ ὑπογυίου, ὦ φίλοι Ῥωμαῖοι. ἀλλὰ τὴν Γραικῶν ἐς τὸ ὑπήκοον ἀρετὴν ἢ ἀκοῇ λαβόντες ἢ πείρᾳ μαθόντες εἴσεσθε. καὶ αὐτοὶ γὰρ τὰ Γότ-

11. μηδὲ] Vulgo μήτε. 21. ὑπογυίου] ὑπογύου L. 22. Γραικῶν] γραικὸν L a pr. m. et H: illud L corr. et Hm.

bello Gotthico sibi vires deesse. Caeteri Duces, quasi publica consilii denuntiatione, eadem epistola communiter professi sunt aversum a dimicatione animum. Eo loci erant res Italorum.

Totilas vero ad Senatum Rom. in hanc sententiam scripsit. *Quicumque vel per imprudentiam, vel ex oblivione vicinos laedunt, laesos decet illis ignoscere: siquidem culpae causa ab ipsis partem maximam reprehensionis amolitur. At si quis solum ex praeparato iniuriam facit, ei nullus relinquetur locus defendendi commissa: quippe cum non modo factum, sed voluntas etiam in eo culpanda sit. Quae cum ita sint, videte iam quo pacto excusaturi sitis quae admisistis in Gotthos. Parumne vobis cognita dicetis Theoderici et Amalasunthae beneficia? an temporis longinquitate et oblivione deleta ex animis? Neutrum sane verum. Neque enim eorum beneficentia in rebus quibusdam levibus ac mediocribus patuit, idque prioribus saeculis; sed nuper ac recenti memoria apud vos, Romani carissimi, in iis eluxit, quae ad vitae summam pertinent. Graecorum egregiam in subditos voluntatem vel fama cognoscetis vel usu ipso: at iam nostis*

θων τε καὶ Ἰταλιωτῶν πράγματα ἔγνωτε. καίτοι ἐξεναγεῖσθε μὲν ὑμεῖς αὐτούς, οἶμαι, ἄριστα. ὁποίων δὲ αὐτῶν ἐτύχετε ξένων καὶ φίλων ἐπίστασθε δή που, εἴ τι τῶν Ἀλεξάνδρου μέμνησθε λογισμῶν. ἐῶ γὰρ λέγειν τούς τε στρατιώτας καὶ τοὺς στρατιω-
H 270 B τῶν ἄρχοντας, ὧν τῆς τε φιλοφροσύνης καὶ τῆς μεγαλοψυχίας ἀπώνασθε· ὧν δὴ αὐτοῖς ἕνεκα ἐς τοῦτο τύχης τὰ πράγματα ἥκει. ὑμῶν δὲ οἰέσθω μηδεὶς μήτε ὑπὸ νέου φιλοτιμίας τὰ ὀνείδη ταῦτα ἐς αὐτοὺς φέρεσθαι μήτ' ἐμέ, ἅτε βαρβάρων ἄρχοντα, κομπωδέστερον ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. οὐ γὰρ ἡμετέρας ἀρετῆς ἔργον εἶναί φημι τὴν τῶν ἀνδρῶν ἐπικράτησιν, ἀλλὰ τὰς ποινὰς ἰσχυρίζομαι τῆς εἰς ὑμᾶς ἀδικίας αὐτοὺς μετελθεῖν. καίτοι πῶς οὐκ ἂν τῶν ἀτοπωτάτων δόξειεν εἶναι τὸν μὲν θεὸν ὑπὲρ ὑμῶν αὐτοὺς τίννυσθαι, ὑμᾶς δὲ τῇ τούτων ἐμφιλοχωρεῖν ἀτοπίᾳ καὶ τῶν ἐντεῦθεν οὐκ ἐθέλειν ἀπηλλάχθαι κακῶν; δότε τοίνυν τινὰ
C πρόφασιν ὑμῖν μὲν αὐτοῖς τῆς ἐς τοὺς Γότθους ἀπολογίας, ἡμῖν δὲ τῆς ἐς ὑμᾶς συγγνώμης. δώσετε δέ, ἢν γε μὴ ἀναμενοῦντες τὸ τοῦ πολέμου πέρας, ἀλλ' ἔτι βραχείας τινὸς καὶ ταύτης ἀνοήτου ὑμῖν ἀπολελειμμένης ἐλπίδος ἕλησθε μὲν τὰ κρείσσω, ἐπανορθώσητε δὲ τὰ ἐς ἡμᾶς οὐ δέον ὑμῖν πεπραγμένα.“ τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. ἐγχειρίσας δὲ αὐτὴν τῶν τισιν αἰχμαλώτων ὁ Τωτίλας ἐπὶ Ῥώμης ἐκέλευεν ἰόντας τοῖς ἐκ βουλῆς διδόναι. καὶ οἱ μὲν κατὰ ταῦτα ἐποίουν. Ἰωάννης δὲ τοὺς τὸ γράμμα

1. ἐξεναγεῖσθε vel ἐξεναγεῖτε Maltretus. ξεναγεῖτε HLP. ἐξαναγκεῖσθε Vat. 6. ἀπώνασθε] ἀπώνεσθε L a pr. m. 7. μήτε — μήτ'] μηδὲ — μηδ' P. 12. ἀτοπωτάτων] ἀτόπων L. *ibid.* δόξειεν] Vulgo δόξοιεν. 18. ἕλησθε] Vulgo ἕλοισθε.

quid Gotthi cum Italis egerint. Praeclare Graecos, ut opinor, excepistis hospitio: quales autem nacti sitis hospites et amicos non ignoratis, si qua manet memoria rationum, quas Alexander instituit. Silentio milites praetermitto, ac militum Duces; quorum scilicet benignitas et animi magnitudo cum vos iuvere plurimum, tum ipsos in hunc rerum statum adduxere. Haec autem nemo vestrum existimet illis exprobrari iuvenili ambitione, et me, tanquam Barbarorum Regem, arrogantius loqui. Quod enim hanc nationem hominum profligavimus, non id virtuti ascribo nostrae: verum illos iniuriarum, quibus vos affecerunt, dare poenas affirmo. Proinde, an non perabsurdum videbitur, si dum ipsos persequitur vestrae ultor calamitatis Deus, eorum apud vos insolentiam libenter patiamini, nec malis velitis eximi, quae illam consequuntur. Vobis igitur locum purgandi vos apud Gotthos, et nobis causam aliquam date parcendi vobis. Dabitis autem, si non expectato belli exitu, dum vobis exigua ac vana spes quaedam superest, consilia referatis in melius, et quae peccastis in nos, emendetis. Sententia haec erat epistolae, quam Totilas captivis quibusdam Romam ad Senatum perferendam dedit. Quo ab ipsis praestito, prohibuit Ioannes

τοῦτο ἰδόντας ἀποκρίνασθαί τι πρὸς Τωτίλαν διεκώλυσε. διὸ δὴ αὖθις ὁ Τωτίλας γράψας γραμμάτια πολλά, ὅρκους τε αὐτοῖς τοὺς δεινοτάτους ἐνθέμενος διαῤῥήδην ἀπώμοσε μή ποτε Ῥωμαίων τινὰ κακόν τι ἐργάσασθαι Γότθους. οἵτινες μὲν οὖν ἀν- D θρώπων ἐς Ῥώμην τὰ βιβλίδια ταῦτα ἐκόμισαν οὐκ ἔχω εἰπεῖν. ἅπαντα γὰρ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἐν τοῖς διαφανέσι τῆς πόλεως χωρίοις παγέντα, ἐπεὶ ἐγένετο ἡμέρα, ἐγνώσθη· οἱ δὲ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες ὑποψίᾳ πολλῇ ἐς τῶν Ἀρειανῶν τοὺς ἱερέας ἐχόμενοι ἔξω τῆς πόλεως κατεστήσαντο εὐθὺς ἅπαντας. Τωτίλας δὲ ταῦτα ἀκούσας μοῖραν μέν τινα τοῦ στρατοῦ πέμψας ἐς Καλαβρίαν ἀποπειράσασθαι τοῦ ἐν Δρυοῦντι φρουρίου ἐπέστελλεν. ἐπεὶ δὲ ὡς ἥκιστά οἱ προσχωρεῖν ἤθελον οἱ φυλακτήριον ταύτῃ ἔχοντες, τοὺς μὲν ἐνταῦθα ἐσταλμένους ἐκέλευεν ἐς πολιορκίαν καθίστασθαι, αὐτὸς δὲ τῷ πλείονι τοῦ στρατοῦ ἐς τὰ ἐπὶ Ῥώμης χωρία ᾔει. ταῦτα ἐπεὶ βασιλεὺς ἔμαθεν, ἔς τε P 487 ἀμηχανίαν ἐκπέπτωκε καὶ Βελισάριον ἐπὶ τὸν Τωτίλαν πέμψαι, καίπερ ἔτι Περσῶν ἰσχυρότατα ἐγκειμένων, ἠνάγκαστο. καὶ ὁ χειμὼν ἔληγε, καὶ τὸ ἔνατον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

ι'. Οὕτω μὲν Βελισάριος τὸ δεύτερον ἐς Ἰταλίαν ᾔει. ἐπεὶ B V 125 δὲ στρατιώτας ὡς μάλιστα ὀλίγους εἶχε (τοὺς γάρ οἱ ἑπομένους τοῦ ἐς Μηδίαν στρατοπέδου ἀποστῆναι οὐδαμῇ ἴσχυσε) Θρᾴκην ὅλην περιιὼν χρήματά τε προϊέμενος, ξυνῆγε νέους ἐθελουσίους.

2. γραμμάτια] γράμματα L et Hm. 10. στρατοῦ om. L. 11. Δρυοῦντι] Ὑδροῦντι Pm. 18. ἔνατον L. ἔννατον P.

ne quid Totilae rescriberent, qui illam legerent. Quocirca Totilas, scriptis compluribus literis, insertisque gravissimis iuramentis, diserte promisit, nihil mali Gotthos Romano cuiquam irrogaturos. Quinam eas literas Romam tulerint, haud possum dicere. Omnes enim nocte intempesta in celeberrimis affixae urbis locis, postquam illuxit, in publicam notitiam venerunt. Mox Romani Duces suspectos sibi Arianos Sacerdotes omnes urbe exterminarunt. His Totilas auditis, copiarum partem in Calebriam destinat, et castellum Hydruntinum tentare iubet. Dedere se recusante eius praesidio, obsidionem iis, quos eo miserat, mandat: et cum maiori parte exercitus Romam versus iter instituit. Eiusmodi rerum nuntio in gravem animi aestum coniectus Imperator, Belisarium adversus Totilam mittere necesse habuit: quamvis Persae negotii plurimum adhuc facesserent. Abiit hiems, unaque annus IX. huius belli, quod literis Procopius tradidit.

10. Ita Belisarius in Italiam profectus iterum, cum perpaucos haberet milites (quippe suos ab exercitu, qui Medis erat oppositus, abiungere non potuerat) peragrata omnia Thracia, volones iuvenes profusa pe-

ξυνῆν δὲ αὐτῷ βασιλέως γνώμῃ καὶ Βιτάλιος ὁ τῶν Ἰλλυριῶν στρατηγὸς, ἄρτι ἐπανήκων ἐξ Ἰταλίας, οὗ δὴ τοὺς Ἰλλυριοὺς στρατιώτας ἀπολιπὼν ἔτυχεν. ἄμφω γοῦν ἐς τετρακισχιλίους ἀγείραντες ἐν Σάλωσιν ἐγένοντο, γνώμην ἔχοντες ἐπὶ Ῥαβέννης τὰ πρῶτα ἰέναι, τὸν δὲ πόλεμον ἐνθένδε ὅπη δυνατὸν εἴη διενεγ- C *κεῖν. τὸ γὰρ ἐπὶ τὰ Ῥώμης χωρία ἀποβαίνειν οὐδαμῇ ἴσχυον, οὔτε τοὺς πολεμίους λανθάνοντες (ἐπεὶ αὐτοὺς ἔν τε Καλαβροῖς στρατοπεδεύεσθαι καὶ Καμπανίᾳ ἤκουσαν) οὔτε αὐτοὺς τρόπῳ ὁτῳοῦν βιαζόμενοι. οὐ γὰρ ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως αὐτοῖς ᾔεσαν. ἐν τούτῳ δὲ οἱ ἐν Δρυοῦντι πολιορκούμενοι τῶν ἀναγκαίων σφᾶς παντάπασιν ἐκλελοιπότων βαρβάροις τοῖς πολιορκοῦσιν ἐς λόγους ξυνῆλθον, ἐφ᾽ ᾧ τὸ φρούριον ὁμολογίᾳ ἐνδώσουσι, τακτή τε ἀμφοτέροις ἐν τούτῳ ἡμέρα ξυνέκειτο. Βελισάριος δὲ τὰ ἐπιτήδεια εἰς ἐνιαυτοῦ μῆκος ἐνθέμενος Βαλεντῖνον ξὺν αὐτοῖς πλεῖν ἐς Δρυοῦντα ἐκέλευε, καὶ τοὺς μὲν προτέρους φύλακας τοῦ φρουρίου ἐνθένδε ὑπεξαγαγεῖν ὅτι τάχιστα, οὓς δὴ νόσῳ ξυντε-* D *τηκέναι καὶ λιμῷ ἔμαθε, τῶν δὲ ξυμπλεόντων τινὰς ἐπὶ τῷ φυλακτηρίῳ ἀντ᾽ αὐτῶν καταστήσασθαι· ῥᾷον γὰρ αὐτοὺς οὕτως ἀκμῆτάς τε ὄντας καὶ οὐδενὸς τῶν ἀναγκαίων σπανίζοντας τὸ φρούριον ξὺν τῷ ἀσφαλεῖ διαφυλάξειν. Βαλεντῖνος μὲν οὖν τῷ στόλῳ τούτῳ πνεύματος ἐπιφόρου ἐπιτυχὼν ἐς τὸν Δρυοῦντα κατέπλευσε τέτρασι πρότερον τῆς κυρίας ἡμέραις, ἀφύλακτόν τε τὸν λιμένα εὑρὼν αὐτοῦ τε ἐκράτησε καὶ πόνῳ οὐδενὶ ἐς τὸ*

15. Δρυοῦντα] ὑδροῦντα L corr. 17. τῶν δὲ] τῶν τε H: illud Hm. 18. καταστήσασθαι] καταστήσεσθαι L. 19. σπανίζοντας] σπανιάζοντας L. 20. διαφυλάξειν] διαφυλάξαν L.

cunia collegit. Aderat de Imperatoris sententia Vitalius, Magister militiae per Illyricum, non ita pridem ex Italia reversus: ubi Illyrios milites reliquerat. Ambo, coactis quatuor millibus, Salonas eo pervenere consilio, ut primum Ravennam se conferrent, atque inde pro viribus bellum gererent. Nequibant enim Romanum agrum ita contingere, ut hostem, quem et in Calabria et in Campania habere castra audierant, vel laterent, vel vi disiicerent, imparibus instructi viribus. Interea qui Hydrunte obsidebantur, re cibaria defecti penitus, habito cum obsidentibus Barbaris colloquio, se illis castellum in deditionem traditaros receperant; et dies inter ipsos convenerat: quando Belisarius annona, quae in annum sufficeret, in naves imposita, cum ea Valentinum Hydruntem navigare iussit, et veteri quamprimum amoto castelli praesidio, quod morbo ac fame contabuisse acceperat, in eius locum subiicere aliud ex illorum numero, quos advexisset: cum facilius tutiusque servaturi essent castellum integri et a cibariis affatim parati. Valentinus cum ea classe, vento secundo usus, Hydruntem appulit quatriduo ante diem cum hoste dictam, ac portu, quem offendit incustoditum, potitus, nullo negotio in castellum

φρούριον εἰσελθεῖν ἴσχυσε. τοῖς γὰρ ὡμολογημένοις οἱ Γότθοι H 271 θαρσοῦντες οὐδέν τε μεταξὺ ἐναντίωμα ὑποτοπάζοντες σφίσιν ἔσεσθαι, ὀλιγώρως ἤδη τὰ ἐς τὴν πολιορκίαν διαθέμενοι ἡσυχῆ ἔμενον. τότε μέντοι καταπλέοντα ἐκ τοῦ αἰφνιδίου τὸν στόλον ἰδόντες ἔδεισάν τε καὶ τὴν προσεδρείαν διέλυσαν, μακράν τε ἄποθεν τοῦ χωρίου γενόμενοι ἐστρατοπεδεύσαντο καὶ πάντα ἐς Τωτίλαν τὰ ξυμβεβηκότα σφίσιν ἀνήνεγκαν. P 488 παρὰ τοσοῦτον μὲν Δρυοῦντος τὸ φρούριον ἦλθε κινδύνου. τῶν δὲ ξὺν Βαλεντίνῳ τινὲς ληΐσασθαι βουλόμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία ἐπεκδρομὰς ἐποιήσαντο. καὶ τοῖς πολεμίοις τύχῃ τινὶ ὑπαντιάσαντες πρὸς τὴν τῆς θαλάσσης ᾐόνα ἐς χεῖρας ἦλθον. καὶ παρὰ πολὺ ἡσσηθέντες τῇ μάχῃ ἐς τὸ τῆς θαλάσσης ὕδωρ οἱ πολλοὶ ἔφυγον, ἵνα δὴ ἑβδομήκοντα καὶ ἑκατὸν ἀποβαλόντες ἐς τὸ φρούριον οἱ λοιποὶ ἀνεχώρησαν. Βαλεντῖνος δὲ τοὺς μὲν πάλαι φρουροὺς ἐνθένδε ἡμιθνῆτας εὑρὼν ὑπεξήγαγεν, ἑτέρους δὲ ἀντικαταστησάμενος ἀκραιφνεῖς, καθάπερ οἱ ἐπέστελλε Βελισάριος, καὶ τὰ ἐπιτήδεια B ἐς χρόνον αὐτοῖς ἀπολιπὼν ἐνιαύσιον, ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἐς Σάλωνας ἦλθε. καὶ Βελισάριος παντὶ τῷ στόλῳ ἐνθένδε ἄρας Πόλῃ προσέσχεν. οὗ δὴ τὸ στράτευμα διέπων χρόνον τινὰ ἔμενε. Τωτίλας δὲ ἥκειν αὐτὸν ἐνταῦθα ἀκούσας, τήν τε δύναμιν ἐθέλων γνῶναι, ἥνπερ ἐπήγετο, ἐποίει τάδε. Βῶνος ἦν τις Ἰωάννου ἀνεψιὸς φρουρᾶς ἄρχων τῆς ἐν Ἰαννούᾳ. τούτῳ δὲ ὀνόματι

5. ἄποθεν] ἄπωθεν L. 12. τῆς θαλάσσης om. L. 19. Πόλῃ P ex coniectura Maltreti. πόλει Reg. πύλῃ H. πολὺ L. πόλεις vel πόλαις Lm. 20. αὐτὸν ἐνταῦθα] ἐνταῦθα αὐτὸν L. 21. Βῶνος P et Hm. βώνου HL. 22. ὀνόματι om. L.

intravit. Etenim Gotthi pactis confisi, nihilque adversi interventurum rati, remissa iam obsidionis cura, cessabant. Tum vero appulsam repente classem conspicati, soluta trepide obsidione, procul ab urbe castra metati sunt, et quae sibi contigissent, Totilae plane significarunt. Eo quidem periculi Hydruntinum castellum venit: quidam vero ex Valentini militibus, in agros circumiectos excurrere soliti praedae causa, aliquando forte ad littus maris obviam factis hostibus congressi sunt, et cedente ipsis pessime praelio, multi in mare fuga se coniecere: ubi CLXX. amissis, in castellum caeteri redierunt. Inde Valentinus veteres praesidiarios, quos semimortuos repererat, deduxit, aliisque integris, ex praecepto Belisarii, in eorum locum suffectis, et annona in annum instructis, cum reliquo exercitu Salonas repetiit. Hinc solvit cum universa classe Belisarius, et Polam applicuit: ubi aliquantum temporis posuit in componendo exercitu. Postquam Totilas illum eo venisse audiit, ut copias, quas secum is duxerat, exploratas haberet, hac arte usus est. Bonus, Ioannis a fratre nepos, Genuensi praesidio praeerat. Huius nomen mutuatus, fictas ad

χρησάμενος γράμματα δῆθεν τῷ λόγῳ παρ' αὐτοῦ πρὸς Βελισάριον ἔγραψεν, ἅτε παρακαλοῦντος αὐτὸν ὅτι τάχιστα παραγενέσθαι σφίσιν ἐν κινδύνοις τισὶ χαλεποῖς οὖσιν. ἄνδρας τε ἀπολε-
C ξάμενος περιέργους ἐς τὰ μάλιστα πέντε τά τε γράμματα ἐνεχείρισε καὶ δύναμιν ἀκριβῶς κατανοεῖν τὴν Βελισαρίου ἐπέστελλεν, ἐνδεικνυμένους ὅτι δὴ ἀπὸ Βώνου σταλεῖεν. Βελισάριος μὲν οὖν τοὺς ἄνδρας οἱ ἐς ὄψιν ἐλθόντας ξὺν φιλοφροσύνῃ πολλῇ, ὥσπερ
V 126 εἰώθει, εἶδεν. ἀναλεξάμενός τε τὰ γράμματα Βώνῳ ἀπαγγέλλειν ἐκέλευεν ὅτι δὴ παντὶ τῷ στρατῷ οὐκ εἰς μακρὰν ἥξει. οἱ δὲ περισκοπήσαντες ἅπαντα, καθάπερ σφίσιν ἐπέστελλε Τωτίλας, ἔς τε τὸ Γότθων στρατόπεδον ἐπανῆκον καὶ ὡς ἥκιστα λόγου ἀξίαν τὴν Βελισαρίου δύναμιν ἰσχυρίζοντο εἶναι.

Ἐν τούτῳ δὲ Τωτίλας Τίβυρον πόλιν, Ἰσαύρων φρουρὰν ἔχουσαν, προδοσίᾳ εἷλε τρόπῳ τοιῷδε. τῶν τινες οἰκητόρων τὰς πύλας ξὺν τοῖς Ἰσαύροις ἐφύλασσον. οὗτοι Ἰσαύροις τοῖς
D ξυμφυλάσσουσι διάφοροι γεγενημένοι ἀπ' οὐδεμιᾶς τε πρὸς αὐτοὺς διακεκριμένοι αἰτίας ἄγχιστά που ἐνστρατοπεδευομένους τοὺς πολεμίους ἐπηγάγοντο νύκτωρ. οἱ μὲν οὖν Ἴσαυροι ξυμφρονήσαντες ἁλισκομένης τῆς πόλεως σχεδόν τι ἅπαντες διαφυγεῖν ἴσχυσαν. τῶν δὲ οἰκητόρων οὐδενὸς οἱ Γότθοι ἐφείσαντο, ἀλλὰ ξὺν τῷ τῆς πόλεως ἱερεῖ ἅπαντας ἔκτειναν τρόπῳ δὴ ᾧπερ ἐξεπιστάμενος ἔγωγε ὡς ἥκιστα ἐπιμνήσομαι, ὡς μὴ ἀπανθρωπίας ἀπολείπω μνημεῖα τῷ ὄπισθεν χρόνῳ· ἐν τοῖς καὶ Κάτελλος ἀπώλετο ἐν τοῖς Ἰταλιώταις ἀνὴρ δόκιμος. καὶ οἱ μὲν βάρβαροι Τί-

13. Τίβυρον P. τίβεριν HL. τίβουρ Scaliger.

Belisarium literas scripsit, quasi instaret Bonus, ut sibi in gravi periculo quamprimum adesset: tum viris delectis quinque maxime curiosis eas tradidit, iniunxitque, ut Belisarii vires diligenter inspicerent, se a Bono missos simulantes. Hos Belisarius ad se introductos benignissime, ut solebat, accepit, lectisque literis, Bono renuntiare iussit, brevi se affore cum omnibus copiis. Illi, cum ex praescripto Totilae cuncta explorassent, reversi in Gotthorum castra, exercitum Belisarii tenuem esse et contemnendum asseverarunt.

Eodem tempore Tibur oppidum, Isaurorum praesidio munitum, proditione cepit Totilas: res ita contigit. Cum Isauris portarum custodes erant quidam ex incolis. Hi iurgio ab Isauris custodiam secum agitantibus distracti, temere facta discessione, hostem, in proximo habentem castra, noctu acciverunt. Capto oppido, ita coierunt Isauri, ut fere omnes evaserint. Oppidanorum nemini parcentes Gotthi, ad unum omnes cum ipsorum Antistite eo modo contrucidarunt, quem etsi compertum habeo, reticebo tamen, ne posteris monumentum inhumanitatis relinquam. In ea strage Catellus interiit, spectatus inter Italos vir. Occupato et-

βεριν ἔσχον, Ῥωμαῖοι δὲ οὐκ ἔτι ἠδύναντο ἐκ Τούσκων τὰ ἐπιτήδεια διὰ τοῦ Τιβέριδος ἐσκομίζεσθαι. πρὸς γὰρ τῷ ποταμῷ P 489 ἡ πόλις κειμένη Ῥώμης ὕπερθεν ὡς ἀπὸ σταδίων εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἐπιτείχισμα τὸ λοιπὸν τοῖς ἐνταῦθα εἰσπλεῖν βουλομένοις ἐγίνετο.

ια'. Τὰ μὲν οὖν ἀμφὶ Τίβυρον οὕτω γενέσθαι ξυνέπεσε. B Βελισάριος δὲ παντὶ τῷ στόλῳ ἐς Ῥάβενναν ἀφικόμενος Γότθους τε τοὺς παρόντας καὶ Ῥωμαίους στρατιώτας ξυναγαγὼν ἔλεξε τοιάδε „Οὐ νῦν πρώτως, ὦ ἄνδρες, τὰ τῆς ἀρετῆς ἔργα πρὸς τῆς κακίας διερρυηκέναι ξυμβέβηκεν. ἄνωθεν γὰρ τοῦτο τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐμπέφυκεν ἀτεχνῶς πράγμασι, πολλάς τε ἀνδρῶν ἀγαθῶν πράξεις μοχθηρία τῶν πονηροτάτων ἀναχαιτίζειν τε καὶ διαφθείρειν ἱκανῶς ἴσχυσεν. ὅπερ καὶ νῦν τὰ βασιλέως πράγματα ἔσφηλεν. ὃς δὴ τοσοῦτον τὰ ἡμαρτημένα ἐπανορθοῦν βούλεται, ὥστε τὴν Περσῶν ἐπικράτησιν περὶ ἐλάσσονος τούτων ποιούμενος ἀποστεῖλαί με τανῦν εἰς ὑμᾶς ἔγνωκεν, ὅπως ἐπανορθώσω καὶ C ἰάσωμαι εἴ τι τοῖς ἄρχουσι μὴ ὀρθῶς ἢ ἐς τοὺς στρατιώτας τοὺς αὐτοῦ ἢ ἐς Γότθους εἴργασται. τὸ μὲν οὖν μηδ' ὁπωσοῦν ἁμαρτάνειν οὔτε ἀνθρώπινον καὶ τῆς τῶν πραγμάτων φύσεως ἔξω, τὸ δὲ τὰ ἡμαρτημένα ἐπανορθοῦν βασιλεῖ τε διαρκῶς πρέπον καὶ παραψυχῆς τοῖς ἠγαπημένοις ἱκανῶς ἄξιον. οὐ γὰρ ὅσον ὑμῖν H 272 τῶν δυσκόλων ἀπαλλαγῆναι ξυμβήσεται, ἀλλὰ καὶ τῆς βασιλέως εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ξυνεῖναί τε καὶ ἀπολαύειν αὐτίκα προσέσται· οὗ

6. Τίβυρον] τίβεριν HL. 21. παραψυχῆς L. παρὰ ψυχῆς HP.
23. ξυνεῖναι] ξυνιέναι Scaliger.

iam a Gotthis Tiberi, Romanis nulla amplius potestas fuit, ex Tuscia invehendorum eo fluvio commeatuum. Etenim oppidum ad flumen situm, ac superius Roma stadiis cxx. postmodum in urbem navigare volentibus infestum propugnaculum fuit.

11. Tiburi quidem res ita se habuit: Ravennam vero delatus cum universa classe Belisarius, vocata concione, Gotthos, qui aderant, ac milites Romanos his fere verbis allocutus est. *Non hodie primum contigit, o Viri, ut res virtute partae, vitio dilaberentur. Nam haec iam inde olim rebus humanis alte insita imbecillitas fuit, et praeclara multa virorum proborum acta evertit delevitque scelestissimorum improbitas. Hinc nata est ruina rerum Imperatoris: qui prave hactenus facta corrigere adeo cupit, ut consilio domandi Persas posthabito, ad vos modo me destinaverit, ut reparem sarciamque si quid a Praefectis non recte vel in milites ipsius, vel in Gotthos patratum est. Nihil omnino peccare, neque humanum est, neque intra rerum naturam positum: peccata autem emendare, Imperatorem maxime decet, nec parum illis convenit, quos ex animo diligit. Nec vero a molestiis solum vindicabimini; sed Imperatoris erga vos benevolentiae testimonia ac fructus continuo accedent: quo quid hominibus contin-*

τί ἂν ἀξιώτερον γένοιτο ἀνθρώπῳ τῶν πάντων χρημάτων; ἐπειδὴ
τοίνυν ἐπ᾽ αὐτὸ τοῦτο ὑμῖν πάρειμι, προσήκει καὶ ὑμῶν ἕκαστον
D πάσῃ δυνάμει χρήσασθαι, ὅπως ἂν τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας ἀπό-
νασθε. ὅτῳ τε ὑμῶν ξυγγενεῖς ἢ φίλοι παρὰ Τωτίλᾳ τῷ τυράννῳ
τυγχάνουσιν ὄντες, μεταπεμψάσθω τούτους ὅτι τάχιστα τὴν βα-
σιλέως δηλώσας γνώμην. οὕτω γὰρ ἂν ὑμῖν τά τε ἐκ τῆς εἰρή-
νης καὶ τὰ ἐκ τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀγαθὰ γένοιτο· ὡς ἔγωγε
οὔτε τῳ πολεμησείων ἐνθάδε ἀφῖγμαι οὔτ᾽ ἂν ἑκών ποτε τοῖς βα-
σιλέως κατηκόοις πολέμιος εἴην. εἰ μέντοι καὶ νῦν οἱ μὲν τούτων
παρὰ φαῦλον ἡγησάμενοι τὸ τὰ βελτίω σφίσιν αὐτοῖς ἑλέσθαι,
οἱ δὲ καὶ ἀπ᾽ ἐναντίας ἡμῖν ἴωσιν, ἀνάγκη καὶ ἡμᾶς αὐτοῖς ὡς
μάλιστα ἀκουσίους ὡς πολεμίοις χρῆσθαι.“ τοσαῦτα μὲν Βε-
λισάριος εἶπε. προσεχώρει δέ οἱ τῶν ἐναντίων οὐδεὶς οὔτε Γότ-
P 490 θος οὔτε Ῥωμαῖος. ἔπειτα δὲ Θοριμοὺθ τε τὸν δορυφόρον καὶ
V 127 τῶν ἑπομένων τινὰς ξύν τε Βιταλίῳ καὶ τοῖς Ἰλλυριοῖς στρατιώ-
ταις ἐς Αἰμιλίαν πέμψας, ἐκέλευεν ἀποπειρᾶσθαι τῶν ταύτῃ χω-
ρίων. Βιτάλιος οὖν ξὺν τῷ στρατῷ τούτῳ ἀμφὶ πόλιν Βωνώ-
νειαν γενόμενος τινά τε τῶν ἐνταῦθα φρουρίων ὁμολογίᾳ ἑλὼν ἐν
Βωνωνείᾳ πόλει ἡσύχαζε. χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕστερον Ἰλλυριοὶ
ξύμπαντες, ὅσοι ξὺν αὐτῷ ἐστρατεύοντο, ἐκ τοῦ αἰφνιδίου, κα-
κὸν οὐδὲν οὔτε παθόντες οὔτε ἀκούσαντες, λάθρα ἐνθένδε ἀνα-
χωρήσαντες ἐπ᾽ οἴκου ἀπεκομίσθησαν. πρέσβεις τε παρὰ βασι-
λέα πέμψαντες συγγνώμην διδόναι σφίσιν ἐδέοντο, οὐκ ἄλλων τε

8. οὔτε — οὔτ᾽] Vulgo οὐδέ — οὐδ᾽. *ibid.* πολεμησείων P ex Vat. τολμησείων HL. 23. ἄλλων τε] Vitiosum τε vel delendum vel cum alia particula commutandum.

gat magis dignum, cui omnis opum copia postponatur? Itaque cum ad id vobis praesto sim, cuiusque vestrum est viribus uti omnibus, ut inde capiatis utilitatem. Porro quisquis necessarios vel amicos apud Tyrannum Totilam habet, eos revocet quamprimum, declarata Augusti voluntate. Sic enim et pacis et Imperatoris magni larga benignitas se vobis offert, ut meus huc adventus ad bellum per se minime spectet: nec sane ultro hostilem unquam animum in subditos Augusti induam. At si nunc illi partim renuant potiora amplecti, partim etiam se nobis adversos offerant, ipsos hostiliter, invitissimi licet, habebimus. Ita quidem disseruit Belisarius: nemo tamen hostium, nec Gotthus, nec Romanus, ad ipsum descivit. Deinde Thorimutho Praetoriano ac suorum quibusdam, cum Vitalio Illyriisque militibus, in Aemiliam missis, mandavit ut regionis illius loca tentarent. His Vitalius succinctus copiis, Bononiam accessit, et capto deditione vicino quodam castello, in urbe illa consedit. Interiecto haud magno spatio, quotquot sub ipso merebant Illyrii, repente, quamvis nullo nec facto nec dicto violati, inde clam proripuerunt sese, et domum reversi, ab Imperatore veniam per Legatos petierunt; quandoquidem non

ἕνεκα εἰς τὰ οἰκεῖα τρόπῳ ὅτῳ δὴ ἀφικόμενοι ἢ ὅτι συχνὸν σφίσι
χρόνον ἐν Ἰταλίᾳ στρατευομένοις τάς τε ξυντάξεις ὡς ἥκιστα κο- B
μιζομένοις χρήματα δὴ πολλὰ τὸ δημόσιον ὤφειλε. καὶ στρα-
τεύματος δὲ Οὐννικοῦ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἐπισκήψαντος παῖδάς τε
καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσθαι τετύχηκεν. ἃ δὴ πυθόμενοι καὶ
τῶν ἀναγκαίων ἔν γε Ἰταλιώταις σπανίζοντες ᾖεσαν. οἷς δὴ βα-
σιλεὺς τὰ πρῶτα χαλεπήνας, εἶτα συγγνώμων ἐγένετο. γνοὺς δὲ
ὁ Τωτίλας τὴν τῶν Ἰλλυριῶν ἀναχώρησιν στράτευμα ἐπὶ Βωνώ-
νειαν ἔπεμψεν, ὡς Βιτάλιον καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἀναρπάσοντας.
ἀλλὰ Βιτάλιός τε καὶ Θοριμοὺθ προλοχίσαντες ἐνέδραις τισὶ τοὺς
ἐπιόντας πολλοὺς μὲν διέφθειραν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐς φυγὴν ἔτρε-
ψαν. ἔνθα Ναζάρης, ἀνὴρ λόγιμος, Ἰλλυριὸς γένος, στρα-
τιωτῶν τε τῶν ἐν Ἰλλυριοῖς ἄρχων, ἔργα θαυμαστὰ ἐς τοὺς πο- C
λεμίους πάντων μάλιστα ἐπεδείξατο. οὕτω τε ὁ Θοριμοὺθ παρὰ
Βελισάριον ἐς Ῥάβενναν ἦλθε.

Τότε δὴ Βελισάριος τρεῖς τῶν δορυφόρων τῶν αὐτοῦ, Θο-
ριμοὺθ τε καὶ Ῥικίλαν καὶ Σαβινιανὸν, ἔστειλε ξὺν χιλίοις στρα-
τιώταις ἐς Αὔξιμον πόλιν, Μάγνῳ τε καὶ Ῥωμαίοις τοῖς ἐν-
ταῦθα πολιορκουμένοις ἐπαμυνοῦντας. οἱ δὲ Τωτίλαν τε λαθόν-
τες καὶ τὸ τῶν πολεμίων στρατόπεδον νύκτωρ ἐν Αὐξίμῳ ἐγέ-
νοντο, ἐπεκδρομάς τέ τινας ποιεῖσθαι ἐπὶ τοὺς ἐναντίους διε-
νοοῦντο. τῇ δὲ ὑστεραίᾳ πυθόμενοι ἀμφὶ ἡμέραν μέσην τῶν πο-
λεμίων τινὰς ἄγχιστά πη εἶναι ἐξῆλθον μὲν ὡς ὑπαντιάσοντες,

6. γε] Vulgo τε. *ibid.* ᾖεσαν om. HL. κανσυδεὶ ἀνεχώρησαν supplebat Hoeschelius. 13. τε τῶν om. L.

alia de causa rediissent in patriam, nisi quia sibi, diuturnam passis militiam in Italia sine ullo stipendio, multa ab aerario pecunia deberetur. Praeterea Hunnorum exercitus, facta in Illyricum irruptione, eorum liberos coniugesque in servitutem abduxerat. Cuius rei nuntius, ad victus inopiam, qua in Italia laborabant, accedens, illos migrare compulit. Quibus Imperator initio offensus, postea veniam dedit. Totilas Illyriorum discessu cognito, Bononiam copias misit, ut Vitalium et eos, qui cum ipso erant, corriperent. Verum Vitalius ac Thorimuthus, cum insidias venientibus instruxissent, caesis non paucis, reliquos in fugam verterunt. Ibi Nazares, vir nobilis, Illyrius genere et Illyrici comes, in hostes facinora omnium maxime miranda edidit: Thorimuthus autem Ravennam rediit ad Belisarium.

Tum Belisarius ex Protectorum suorum numero tres, Thorimuthum, Ricilam et Sabinianum cum militibus mille ad urbem Auximum misit, Magno et Romanis ibi obsessis laturos opem. Illi, nihil Totila, nihil hostili exercitu advertente, Auximum de nocte ingressi, statuerunt fatigare hostem eruptionibus. Postridie, circiter meridiem, ut Barbarorum

D κατασκόπους δὲ πέμψαι πρότερον ἐπ' αὐτοὺς ἔγνωσαν, κατασκεψομένους τὴν αὐτῶν δύναμιν, ὡς ἂν μὴ ἀνεπισκέπτως ἐπ' αὐτοὺς ἴωσιν. Ῥικίλας δὲ ὁ Βελισαρίου δορυφόρος (οἰνωμένος γὰρ τηνικαῦτα ἐτύγχανεν) ἄλλους μὲν ἐπὶ κατασκοπῇ οὐκ εἴα ἰέναι, μόνος δὲ αὐτὸς τὸν ἵππον ἐξελάσας κατὰ τάχος ᾔει. Γότθοις δὲ τρισὶν ἐντυχὼν ἐν χωρίῳ κρημνώδει τὰ μὲν πρῶτα ὡς ἀντιταξόμενος ἔστη· ἐπὶ πλεῖστον γὰρ ἀνδρείας ἐτύγχανεν ἥκων· πολλοὺς δὲ πανταχόθεν ἐπ' αὐτὸν ἰδὼν ἐπιρρέοντας ἐς φυγὴν ὥρμητο. τοῦ δέ οἱ ἵππου ἐν δυσχωρίαις ὀκλάσαντος, κραυγή τε τῶν πολεμίων πολλὴ γέγονε καὶ τὰ δοράτια ἠκόντιζον ἐπ' αὐτὸν
P 491 ἅπαντες. ὧν δὴ Ῥωμαῖοι αἰσθόμενοι ἐβοήθουν δρόμῳ. καὶ Ῥικίλας μὲν δόρασι πολλοῖς κεκαλυμμένος θνήσκει, τρέψαντες δὲ τοὺς ἐναντίους οἱ ἀμφὶ Θοριμοὺθ, ἄραντές τε τὸν νεκρὸν, ἐς Αὔξιμον πόλιν ἐκόμισαν, οὐκ ἐπαξίως τῆς ἀρετῆς τὴν τοῦ βίου καταστροφὴν κληρωσάμενον. ἔπειτα Σαβινιανός τε καὶ Θορι-
Tum etiam quidam, cui nomen Ustrigotthus, ad Langobardos ex Gepaedibus profugus se receperat: quod ita contigit. Elemundus Gepaedum Rex morbo paulo ante extinctus, unigenam filium reliquerat hunc Ustrigotthum: quo facile exturbato (adhuc enim erat adolescentulus) regnum Thorisinus obtinuit. Ille, cum auctorem iniuriae ulcisci non posset, e patria ad Langobardos Gepaedum hostes concessit. Haud multo post pepigere pacem Gepaedes cum Iustiniano Augusto et Langobardis, sanctissime iurata utrinque perpetua amicitia. Postquam inter eos gratia firmissimo foedere coiit, Iustinianus Augustus et Auduinus Langobardorum Rex ad Thorisinum Gepaedum Regem miserunt, qui Ildigisalem, communem hostem, deposcerent, ut amici erga se animi primum esset indicium proditio supplicis. Is vero, cum Gepaedum proceribus communicato consilio, intente quaesiit, annuendum esset necne utriusque Principis postulatis? Aperte illi tum intercedere, satius esse asseverantes, momento interire Gepaedes cum uxoribus omnique sobole, quam tali piaculo inquinari. His Thorisinus auditis, aestuabat dubitatione. Nam nec rem exequi invitis subditis poterat; nec bellum, labore

σας ὁ Θορισὶν ἐς ἀμηχανίαν ἐξέπιπτεν. οὔτε γὰρ ἀκουσίων τῶν ἀρχομένων ἐπιτελέσαι τὸ ἔργον εἶχεν οὔτε ἀνακυκλεῖν πόλεμον, πόνῳ τε καὶ χρόνῳ πεπαυμένον πολλῷ, πρός τε Ῥωμαίους καὶ Λαγγοβάρδας ἔτι ἤθελεν. ὕστερον μέντοι ἐπενόει τάδε. πέμψας παρὰ τὸν Αὐδουὶν ἐξῃτεῖτο τὸν Ἐλεμούνδου υἱὸν Οὐστρίγοτθον, ἐπὶ τὴν ὁμοίαν αὐτῷ ἁμαρτάδα ὁρμῶν, τῶν τε ἱκετῶν ἀνταλλάσσεσθαι τὴν προδοσίαν παρακαλῶν. τῇ γὰρ τῆς
C ἐμφεροῦς ἀτοπίας ὀκνήσει τὴν ἐπίταξιν αὐτῶν ἀναχαιτίσειν εἶχεν, ἀλλ' Αὐδουὶν αὐτὸν μηδεμιᾷ μελλήσει τῇ παρανομίᾳ καὶ ὁμολογίᾳ λήψεσθαι. τούτων τε αὐτοῖς δεδογμένων ἐξεπιστάμενοι ὡς
V 234 οὔτε Λαγγοβάρδαι οὔτε Γήπαιδες ἐθέλουσι τοῦ μιάσματος μεταλαχεῖν σφίσιν, ἐς μὲν τὸ ἐμφανὲς οὐδὲν ἔδρασαν, ἑκάτερος δὲ δόλῳ τὸν θατέρου ἐχθρὸν ἔκτεινεν. ὅντινα μέντοι τρόπον, ἀφίημι λέγειν. οὐ γὰρ ὁμολογοῦσιν ἀλλήλοις οἱ ἀμφ' αὐτῶν λόγοι, ἀλλὰ κατὰ πολὺ διαλλάσσουσιν οἷά γε τῶν πραγμάτων τὰ λαθραιότατα. τὰ μὲν οὖν κατὰ Ἰλδιγισὰλ καὶ Οὐστρίγοτθον ἐς τοῦτο ἐτελεύτα.

D κη'. Τοῖς δὲ ἀμφὶ Ναρσῆν ἀφικομένοις ἐς Ῥάβενναν πόλιν ἀνεμίγνυντο Βαλεριανὸς καὶ Ἰουστῖνος οἱ στρατηγοί, καὶ εἴ τι ἄλλο στράτευμα Ῥωμαίων ταύτῃ ἐλέλειπτο. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἐννέα ἡμερῶν χρόνος ἐς Ῥάβενναν ἐτέτριπτο, Οὐσδρίλας, Γότ-

4. τάδε] τοιάδε Reg. 7. οἰκετῶν ἀπαλλάσσεσθαι H. ἀπαλλάσσεσθαι etiam L a pr. m., qui τε ἱκετῶν om. 10. τούτων τε] τούτων δὲ H. ibid. ἐξεπιστάμενος L. 11. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδὲ P. 12. σφίσιν] φησὶν L: illud Lm. ibid. μὲν] μὲν οὖν L. 14. ἀλλήλοις] ἀλλήλων Reg. ibid. αὐτῶν] αὐτὸν L. 16. Ἰλδιγισὰλ] ἰδιγισὰλ L. ἰλδιγιγὰλ Hm.

multo diuturnoque extinctum, in Romanos ac Langobardos volebat reparare. Deinde rationem hanc iniit. Missa ad Auduinum legatione, Ustrigotthum Elemundi filium repetiit, ad scelus par impellens, hortansque ut sibi invicem proderent quos accepissent in suam fidem. Quo pacto id consecutus est, ut Langobardorum petitionem retunderet obiecta difficultate similis indignitatis, statimque Auduinum ipsum iniqua conventione implicaret. Qua facta, cum probe scirent, nec Langobardos nec Gepaedes piaculi participes esse velle, nihil quidem egerunt palam, sed alter alterius inimicum dolo sustulit. Caedis peractae modum omitto scribere, non consentientibus qui illum referunt, sed inter se plurimum discrepantibus; ut fit, cum de rebus agitur occultissimis. Hos demum exitus habuerunt Ildigisal et Ustrigotthus.

28. Postquam cum exercitu Ravennam advenit Narses, ei se adiunxerunt Valerianus ac Iustinus Magistri militiae, et quicumque Romani milites ibi supererant. Ea in urbe dies manserant novem; cum Usdrilas, natione Gotthus, vir bellica laude clarissimus, idemque Prae-

θος ἀνὴρ, διαφερόντως ἀγαθὸς τὰ πολέμια, τοῦ ἐν Ἀριμήνῳ φυλακτηρίου ἄρχων, πρὸς Βαλεριανὸν ἔγραψε τάδε ,,Πάντα ταῖς P 646 φήμαις καταλαβόντες, τοῖς τε φάσμασιν ἤδη ξύμπασαν Ἰταλίαν συσχόντες καὶ ὀφρυάσαντες οὐχ ὅσα γε τὰ ἀνθρώπεια, ταύτῃ τε Γότθους, ὥσπερ οἴεσθε, δειδιξάμενοι, εἶτα κάθησθε νῦν ἐν Ῥαβέννῃ· ὥστε τῷ μὲν ἀποκεκρύφθαι ὡς ἥκιστα τοῖς πολεμίοις ἔνδηλοι εἶναι ξυμφρονροῦντες ἔτι τὸ φρόνημα τοῦτο, βαρβάρων δὲ παμμίκτῳ ὁμίλῳ τὴν οὐδαμόθεν προσήκουσαν ὑμῖν κατατρίβοντες χώραν. ἀλλ' ἀνάστητε ὅτι τάχιστα καὶ πολεμίων ἔργων τὸ λοιπὸν ἅπτεσθε, δείξατέ τε ὑμᾶς αὐτοὺς Γότθοις, μηδὲ ἀναρτήσητε μακροτέραις ἐλπίσιν ἡμᾶς, προσδεχομένους ἐκ παλαιοῦ τὸ θέαμα." ἡ μὲν γραφὴ τοσαῦτα ἐδήλου. ἐπειδὴ δὲ B ταῦτα Ναρσῆς ἀπενεχθέντα εἶδε, Γότθων τῆς ἀλαζονείας κατα- H 365 γελάσας, καθίστατο εὐθὺς παντὶ τῷ στρατῷ ἐς τὴν ἔξοδον, φρουρὰν ξὺν Ἰουστίνῳ ἐν Ῥαβέννῃ ἀπολιπών. γενόμενοί τε πόλεως Ἀριμήνου ἄγχιστα, εὗρον οὐκ εὐπετῆ σφίσι τὸ ἐνθένδε τὴν δίοδον οὖσαν, Γότθων περιῃρηκότων τὴν ἐκείνῃ γέφυραν οὐ πολλῷ πρότερον. ὁ γὰρ ποταμὸς ὁ τὴν Ἀρίμηνον παραρρέων ἀνδρὶ μὲν ἀόπλῳ ἑνὶ πεζῇ ἰόντι μόλις διαβατὸς γίνεται διὰ τῆς γεφύρας πόνῳ τε καὶ ταλαιπωρίᾳ πολλῇ, καὶ ταῦτα μηδενὸς ἐνοχλοῦντος ἢ τὴν δίοδον ἀναστέλλοντος· πλήθει δὲ ἀνθρώπων καὶ διαφερόντως ἐξωπλισμένων, ἄλλως τε καὶ πολεμίων ἀντιστατούντων,

4. ὀφρυάξαντες Reg. 6. ὥστε om. HL. *ibid.* τῷ] τὸ L. *ibid.* ὡς] ὥστε Scaliger. 7. ἔνδηλοι P et Scaliger. ἔνδηλον HL. *ibid.* ξυμφρονροῦντες] ξυμφοροῦντες Reg. 12. ἐπειδὴ] ἐπεὶ Hm. 13. καταγελάσας L corr. et P. γελάσας HL. 19. πεζῇ] πεζῷ Reg. 21. ἀνθρώπων] ἀνδρῶν Reg. 22. ἀντιστατούντων] ἐνστρατηγούντων Reg.

fectus praesidii Ariminensis, ad Valerianum scripsit in hanc sententiam. *Postquam omnia occupastis rumoribus, totamque Italiam ingentis potentiae spectris complexi, ac fastu humanam supra conditionem elati, Gotthos, ut creditis, concussistis terrore; nunc Ravennae residetis. Certe ita latendo, ostenditis hostibus, vestros illos spiritus iam concidisse, et confusa Barbarorum multitudine regionem atteritis, in quam nullum habetis ius. Agitedum; actutum movete; exercete nunc bellum; subite Gotthorum oculos, nec nos spe longiori suspendite iamdiu cupidos videndi vestri.* Haec significabat epistola; quam Narses oblatam sibi cum perlegisset, Gotthorum vaniloquentiam ridens, statim se in viam dedit cum omnibus copiis, relicto Ravennae praesidio cum Iustino. Proxime urbem Ariminum, transitum difficilem offendunt, utroque pontis latere a Gotthis paulo ante acciso. Iam sane pontem fluvii, qui Ariminum alluit, vix labore multo unus pedes inermis transgreditur, licet nemo obturbet, aditave prohibeat: hominum autem turbae, in primis armato-

C *τρόπῳ ὁτῳοῦν ἐνταῦθα διαπορθμεύσασθαι ἀδύνατά ἐστι. διόπερ ὁ Ναρσῆς ἐν τῷ γεφύρας χώρῳ γενόμενος ξὺν ὀλίγοις τισὶν ἀπορούμενος ἐπὶ πλεῖστον διεσκοπεῖτο ὁπόθεν ἄν ποτε πόρον τινὰ τῷ πράγματι εὕροι. οὗ δὴ καὶ Οὐσδρίλας τινὰς ἐπαγαγόμενος ἱππέων ἦλθε, μή τι τῶν πρασσομένων αὐτὸν διαλάθοι. τῶν δέ τις Ναρσῇ ἑπισπομένων τὸ τόξον ἐντείνας ἐπ' αὐτοὺς ἔβαλλεν, ἑνί τε τῶν ἵππων κατατυχὼν εὐθὺς ἔκτεινεν. οἵ τε ἀμφὶ τὸν Οὐσδρίλαν τότε μὲν ἐνθένδε κατὰ τάχος ἀπαλλαγέντες ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγένοντο, αὐτίκα δὲ καὶ ἄλλους ἐπαγαγόμενοι τῶν σφίσι μαχιμωτάτων διὰ πύλης ἑτέρας ἐπ' αὐτοὺς ἵεντο, ὡς ἀπροσδόκητοί τε αὐτοῖς ἐπιπεσόντες καὶ τὸν Ναρσῆν διαχρησόμενοι αὐτίκα*
D *δὴ μάλα. ἐπὶ θάτερα γὰρ τοῦ ποταμοῦ διερευνώμενος τῇ στρατιᾷ τὴν διάβασιν ἤδη ἀφῖκτο. ἀλλὰ τῶν τινες Ἐρούλων τύχῃ αὐτοῖς τινι ἐνταῦθα ὑπαντιάσαντες κτείνουσί τε τὸν Οὐσδρίλαν, καὶ ὅστις ποτὲ ἦν ἐπιγνωσθέντα παρὰ Ῥωμαίου ἀνδρὸς τὴν κεφαλὴν ἀφαιρούμενοι, ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ἦλθον, καὶ Ναρσῇ ἐπιδείξαντες τῇ προθυμίᾳ ἐπέῤῥωσαν πάντας, τεκμηριουμένους τῷ ξυμβεβηκότι τὰ ἐκ τοῦ θεοῦ Γότθοις πολέμια εἶναι· οἵ γε τῶν πολεμίων τῷ στρατηγῷ ἐνεδρεύσαντες αὐτοὶ οὐκ ἐξ ἐπιβουλῆς ἢ προνοίας τινὸς τὸν ἄρχοντα σφῶν ἐξαπιναίως ἀφῄρηντο. Ναρσῆς δὲ, καίπερ Οὐσδρίλα πεπτωκότος, ὃς τοῦ ἐν Ἀριμήνῳ φυλακτηρίου ἦρχε, πρόσω ἤπειγε τὸ στράτευμα.*

4. *Οὐσδρίλας*] οὐδρίλας L. *ibid.* ἐπαγόμενος L. 5. αὐτὸν] αὐτῷ L. 7. εὐθὺς] εὐθὺ H: εὐθὺς Hm. 8. *Οὐσδρίλαν*] οὐσδρίλλαν L. 9. ἐπαγόμενοι L. 10. ἵεντο] ἵεντο P. 14. αὐτοῖς] αὐτούς HL: αὐτοῖς Hm. 15. παρὰ] περὶ L a pr. m. 16. ἐς] εἰς L. 22. ἤπειγε τὸ] ἠγείγετο L. ἀπῆγε τὸ vel ἐπῆγε τὸ om.

rum, iter est omnino insuperabile; maxime si hostes obsistant. Quocirca Narses ad pontem cum paucis progressus, haesit diu, viam quaerens, qua consilium explicaret. Eo quoque Usdrilas manum equitum eduxit, ne quid eorum, quae agerentur, ipsum lateret. Tum quidam Narsetis assecla, intento arcu, in illos sagittam impulit, qua confixus equorum unus illico occubuit. Mox Usdrilas eiusque comites digressi inde, commiserunt se urbi, et sine mora accitis aliis e numero fortissimorum, porta altera se in Romanos eiecerunt, quasi primo, eoque improviso impetu oppressuri Narsetem essent. Iam enim is ad partem alteram fluvii se contulerat, quaerens traiectum copiis. At Eruli quidam illis forte obviam facti, Usdrilam interemerunt, et cum a Romano agnitum obtruncassent, ad Romanum exercitum reversi, ostenso Narseti capite, erexere omnium animos, ex eo casu intelligentium Gotthis Deum infensum esse: qui cum insidiarentur summo hostium Duci, suum ipsi Ducem subito amisissent, non ex insidiis, neque ex destinato occisum. Narses vero, etsi de medio sublatus erat praesidii Ariminensis Prae-

οὐδὲ γὰρ Ἀρίμηνον ἢ ἄλλο τι χωρίον πρὸς τῶν πολεμίων ἐχόμε- P 647 νον ἐνοχλεῖν ἤθελεν, ὡς μή τις αὐτῷ τρίβοιτο χρόνος, μηδὲ τῷ V 235 παρέργῳ τῆς χρείας ἡ σπουδαιοτάτη διείργοιτο πρᾶξις. τῶν δὲ πολεμίων, ἅτε πεπτωκότος σφίσι τοῦ ἄρχοντος, ἡσυχαζόντων τε καὶ οὐκέτι ἐμποδίων καθισταμένων ὁ Ναρσῆς ἀδεέστερον γεφύρᾳ τὸν ποταμὸν ζεύξας διεβίβασε πόνῳ οὐδενὶ τὸν στρατὸν ἅπαντα. ὁδοῦ δὲ τῆς Φλαμηνίας ἐνθένδε ἀφέμενος ἐν ἀριστερᾷ ᾔει. Πέτρας γὰρ τῆς πετρούσης καλουμένης, ἧς πέρι μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν δεδιήγηται λόγοις, τὸ τοῦ ὀχυρώματος καρτερὸν χωρίον φύσει, κατειλημμένον τοῖς ἐναντίοις πολλῷ πρότερον, B ἀπόρευτα Ῥωμαίοις καὶ παντάπασιν ἀδιέξοδα, ὅσα γε κατὰ τὴν Φλαμηνίαν ὁδόν, ὄντα ἐτύγχανεν. ὁδὸν οὖν ὁ Ναρσῆς διὰ ταῦτα τὴν ἐπιτομωτέραν ἀφεὶς τὴν βάσιμον ᾔει.

κθʹ. Τῷ μὲν οὖν Ῥωμαίων στρατῷ τά γε ἀμφὶ τῇ πο- C ρείᾳ ταύτῃ πῃ εἶχε. Τωτίλας δὲ πεπυσμένος ἤδη τὰ ἐν Βενετίαις ξυνενεχθέντα Τεΐαν μὲν τὰ πρῶτα καὶ τὴν ξὺν αὐτῷ στρατιὰν προσδεχόμενος ἐν τοῖς ἐπὶ Ῥώμης χωρίοις ἡσυχῇ ἔμενεν. ἐπειδὴ δὲ παρῆσαν, μόνοι τε δισχίλιοι ἱππεῖς ἐλείποντο ἔτι, τούτους δὴ οὐκ ἀναμείνας ὁ Τωτίλας, ἀλλὰ παντὶ ἄρας τῷ ἄλλῳ στρατῷ ὡς τοῖς πολεμίοις ἐν ἐπιτηδείῳ ὑπαντιάσων ᾔει. ἐν δὲ τῇ ὁδῷ ταύτῃ τά τε τῷ Οὐσδρίλᾳ ξυμπεπτωκότα καὶ Ἀρίμηνον τοὺς πολεμίους διαβεβηκέναι μαθών, ὅλην μὲν Τουσκίαν ἀμεί-

8. ἥσπερ μοι L. ibid. ἐν — λόγοις om. L. 10. χωρίον — πρότερον om. L. 11. ἀπόρευτά τε Hoeschelius. 14. τῇ πορείᾳ] τὴν πορείαν Reg. 15. τουτίλλας L. 19. τουτίλας L. 21. τά τε] τάδε H: τά τε Hm.

fectus Usdrilas, nihilo tamen minus processit. Neque enim consilium erat, Ariminum aliumve quempiam locum aggredi insessum ab hostibus, ne quid temporis tereretur, neu quod maxime urgendum erat opus, id rei levioris accessio impediret. Dum Praefecto orbati hostes se oppido tenent, nec moram obiiciunt, impune Narses ponte fluvium iungit, ac nullo negotio totum traducit exercitum, omissaque via Flaminia ad laevam tendit. Cum enim Petra pertusa, ut vocant, quam in superioribus libris descripsi, locus natura munitissimus, ab hoste pridem teneretur, via Flaminia Romanis plane occlusa erat. Quare Narses, relicto breviori itinere, id, quo transitus patebat, ingressus est.

29. Ita quidem Romanus exercitus procedebat: Totilas vero, auditis iam quae contigerant in agro Veneto, primum ad Romam constitit, Teiam copiasque eius opperiens. Deinde, ut advenerunt, praeter equitum duo millia, quae nondum aderant, his Totilas minime expectatis, eo consilio cum reliquo omni exercitu profectus est, ut hostibus opportune occurreret. Cum autem eos, caeso Usdrila, transiisse Ariminum cognovisset in via, totamque emensus Tusciam, montem Apenninum at-

ψας, ἐν ὄρει δὲ τῷ Ἀπεννίνῳ καλουμένῳ γενόμενος, αὐτοῦ ἐνστρατοπεδευσάμενος, ἔμεινεν ἄγχιστα κώμης, ἥνπερ οἱ ἐπιχώριοι Ταγίνας καλοῦσιν. ἥ τε Ῥωμαίων στρατιὰ Ναρσοῦ ἡγου-
D μένου οὐ πολλῷ ὕστερον ἐν τῷ ὄρει καὶ αὐτοὶ τῷ Ἀπεννίνῳ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἔμενον, σταδίους ἑκατὸν μάλιστα τοῦ τῶν ἐναντίων στρατοπέδου διέχοντες, ἐν χωρίῳ ὁμαλῷ μὲν, ἄγχιστα δέ πη τάφους περιβεβλημένῳ πολλοὺς, ἵνα δὴ στρατηγοῦντά ποτε Ῥωμαίων Κάμιλλον τῶν Γάλλων ὅμιλον διαφθεῖραι μάχῃ νενικηκότα φασί. φέρει δὲ καὶ εἰς ἐμὲ μαρτύριον τοῦ ἔργου τὴν προσηγορίαν ὁ χῶρος καὶ διασώζει τῇ μνήμῃ τῶν Γάλλων τὸ πάθος, βοῦστα Γαλλώρων καλούμενος. βοῦστα γὰρ Λατῖνοι τὰ ἐκ τῆς πυρᾶς καλοῦσι λείψανα. τύμβοι τε τῇδε γεώλοφοι τῶν νεκρῶν ἐκείνων παμπληθεῖς εἰσιν. αὐτίκα δὲ στεῖλας ἐνθένδε
P 648 Ναρσῆς τῶν οἱ ἐπιτηδείων τινὰς παραίνεσιν ἐπήγγειλε ποιεῖσθαι
H 366 τῷ Τωτίλᾳ καταθέσθαι μὲν τὰ πολέμια, βουλεύεσθαι δ' εἰρηναῖά ποτε, διαριθμοῦντα ὅτι δὴ αὐτὸς, ἀνθρώπων ἄρχων ὀλίγων τέ τινων καὶ ἐξ ὑπογυίου νόμῳ οὐδενὶ ξυνειλεγμένων, πάσῃ τῇ Ῥωμαίων ἀρχῇ ἐπὶ πλεῖστον διαμάχεσθαι οὐκ ἂν δύναιτο. ἔφη δὲ αὐτοῖς καὶ τοῦτο, ὥστε δὴ αὐτὸν, εἰ πολεμησείοντα ἴδοιεν, μελλήσει οὐδεμιᾷ ἐγκελεύεσθαι ταύτῃ διορίσαι τινὰ ἡμέραν τῇ μάχῃ. ἐπειδὴ γοῦν οἱ πρέσβεις οὗτοι τῷ Τωτίλᾳ ἐς

2. ἔμεινεν] ἔμενεν L. 4. οὐ πολλῷ] οὐ om. L. 6. διέχοντες addidi ex L. 7. δέ om. HL. *ibid.* τάφους om. HL: habet Lm. 8. Κάμιλλον] κάλλιον L: illud Lm. 11. γαλλάρων L Γαλλόρων P. 12. τύμβοι] τύμβοις L. τύμβοι L corr. *ibid.* τῇδε] τῇ HL. οἱ L corr. 15. Τωτίλᾳ] τουτίλλᾳ HL. *ibid.* δ' om. L. 16. διαριθμοῦντα] διαριθμῶν HL. 17. καὶ ἐξ ὑπογυίου] καὶ ὑπόγυιον L: illud Lm. 21. Τωτίλᾳ] τουτίλλᾳ HL.

tigisset, castris proxime vicum, quem indigenae Taginas appellant, positis, ibi consedit. Nec multo post Romanus quoque exercitus, Narsete duce, castra in monte Apennino metatus est, centum ad summum stadiis procul a castris hostium, plano quidem in loco, sed multis cincto tumulis prope extantibus: ubi quondam a Camillo, Romani duce exercitus, victas acie et caesas ferunt Gallorum copias: id quod suo locus nomine etiamnum testatur, et memoriam cladis Gallorum servat, Busta Gallorum dictus. Busta enim Latini vocant rogi reliquias, et plurimi visuntur hic mortuorum illorum tumuli, terra aggesta editi. Inde mox Narses quosdam e suis familiaribus destinat, iubetque hortari Totilam, ut, armis depositis, aliquando tandem consilia pacis agitet, cum animo reputans, se, recentibus ac temere contractis copiolis succinctum, non posse diu resistere Romano Imperio universo. Hoc etiam mandatum adiecit, si ipsum belli libidine teneri animadverterent, statim iuberent diem proelii constituere. Praescripta accurarunt Legati, ad conspectum admissi Totilae: cumque is ferociter ac superbe denuntiasset, omnino

ὄψιν ἦλθον, τὰ ἐπιτεταγμένα ἐποίουν. καὶ ὁ μὲν νεανιευόμενος ἐκομψεύετο ὡς τρόπῳ αὐτοῖς παντὶ πολεμητέον εἴη, οἱ δὲ ὑπολαβόντες „Ἀλλ', ὦ γενναῖε“ ἔφασαν „τόν τινα καιρὸν τῇ ξυμ- B βολῇ τίθει“. καὶ ὃς „Αὐτίκα ὀκτὼ ἡμερῶν ξυμμίξωμεν.“ οἱ μὲν οὖν πρέσβεις παρὰ τὸν Ναρσῆν ἐπανήκοντες τὰ ξυγκείμενα σφίσιν ἐπήγγελλον, ὁ δὲ Τωτίλαν δολώσεις ὑποτοπάζων ἐπινοεῖν παρεσκευάζετο ὡς τῇ ὑστεραίᾳ μαχούμενος. καὶ ἔτυχέ γε τῆς τῶν πολεμίων ἐννοίας. ἡμέρᾳ γὰρ τῇ ἐπιγενομένῃ αὐτάγγελος παντὶ τῷ στρατῷ παρῆν ὁ Τωτίλας. ἤδη δὲ ἀλλήλοις ἑκάτεροι ἀντεκάθηντο, οὐ πλέον ἢ δυοῖν διέχοντες τοξευμάτων βολῶν.

Ἦν γέ τι γεώλοφον ἐνταῦθα βραχύ, ὃ δὴ καταλαβεῖν ἀμφότεροι διὰ σπουδῆς εἶχον, ἐν ἐπιτηδείῳ σφίσιν οἰόμενοι κεῖ- V 236 σθαι, ὅπως τε βάλλειν τοὺς ἐναντίους ἐξ ὑπερδεξίων ἔχοιεν καὶ C ὅτι χῶροι λοφώδεις, ἧπέρ μοι δεδήλωται, ἐνταῦθά πη ἦσαν, ταύτῃ τοι κυκλώσασθαί τινας τῶν Ῥωμαίων στρατόπεδον κατὰ νώτου ἰόντας ἀμήχανον ἦν, ὅτι μὴ διὰ μιᾶς τινος ἀτραποῦ, ἣ παρὰ τὸ γεώλοφον ἐτύγχανεν οὖσα. διὸ δὴ περὶ πλείονος αὐτὸ ποιεῖσθαι ἀμφοτέροις ἐπάναγκες ἦν, Γότθοις μέν, ὅπως ἐν τῇ ξυμβολῇ κυκλωσάμενοι τοὺς πολεμίους ἐν ἀμφιβόλῳ ποιήσονται, Ῥωμαίοις δέ, ὅπως δὴ ταῦτα μὴ πάθοιεν. ἀλλὰ προτερήσας Ναρσῆς πεντήκοντα ἐκ καταλόγου πεζοὺς ἀπολέξας ἀωρὶ νύκτωρ ὡς καταληψομένους τε καὶ καθέξοντας αὐτοὺς ἔστειλε. καὶ οἱ

4. τίθει L. τιθεῖς P. 6. ἐπήγγελον L a pr. m. et H. *ibid.* τουτίλλαν HL. 9. τουτίλλας HL. 12. τι] τοι HL. 19. γότθοις μὲν L. Aberat μὲν. 20. ποιήσωνται L corr.

ipsis pugnandum esse, subiecere continuo: *Agedum, praeclare vir: quodnam certamini tempus praestituis?* At ille, *Statim*, inquit, *ut octiduum effluxerit, praeliemur.* Reversi ad Narsetem Legati, pacta renuntiant. Hic structam a Totila fraudem suspicans, perinde se accinxit, ac si pugnam initurus esset postridie: neque ab hostium consilio aberravit. Etenim sequenti die Totilas, adventus famam sui praevertens, affuit cum omni exercitu: utrique tum constitere adversi, nec dissiti longius duplici sagittae iactu.

Ibi collis erat modicus, quem occupare utrique vehementer optabant; tum quod commodus videbatur feriendis ex edito hostibus, tum quia, cum ager, ut dixi, tumulosus esset, a tergo circumveniri non poterat Romanus exercitus, nisi per tramitem subiectum colli. Quare erat cur utrique multum in eo ponerent; Gotthi quidem, ut inter pugnandum circumventis hostibus, eos telis hinc inde peterent; Romani vero, ne id paterentur. Eo Narses pedites quinquaginta ex cohorte delectos, intempesta nocte mittere occupat, locumque obtinere ac tueri iubet. Ad quem illi cum evasissent, nemine hostium prohibente, ibi quierunt.

D μὲν οὐδενὸς σφίσι τῶν πολεμίων ἐμποδὼν ἱσταμένου ἐνταῦθα γενόμενοι ἡσυχῇ ἔμενον. ἔστι δέ τις χειμάρρους τοῦ γεωλόφου ἐπίπροσθεν, παρὰ μὲν τὴν ἀτραπὸν, ἧς ἄρτι ἐμνήσθην, τοῦ δὲ χώρου κατάντικρυ οὗ ἐστρατοπεδεύσαντο Γότθοι, οὗ δὴ οἱ πεντήκοντα ἔστησαν, ἐν χρῷ μὲν ξυνιόντες ἀλλήλοις, ἐς φάλαγγα δὲ ὡς ἐν στενοχωρίᾳ ξυντεταγμένοι. μεθ' ἡμέραν δὲ τὸ γεγονὸς ἰδὼν Τωτίλας ἀπώσασθαι αὐτοὺς ἐν σπουδῇ εἶχεν. ἴλην τε ἱππέων εὐθὺς ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἐξελεῖν ὅτι τάχιστα ἐνθένδε αὐτοὺς ἀποστείλας. οἱ μὲν οὖν ἱππεῖς θορύβῳ τε πολλῷ καὶ κραυγῇ ἐπ' αὐτοὺς ἵεντο, ὡς αὐτοβοεὶ ἐξαιρήσοντες, οἱ δὲ ἐς ὀλίγον ξυντεταγμένοι καὶ ταῖς ἀσπίσι φραξάμενοι ἔστησαν. εἶτα
P 649 οἱ μὲν Γότθοι σπουδῇ ἐπιόντες ξυνταράξαντες αὐτοὺς ἤλαυνον. οἱ δὲ πεντήκοντα, τῶν τε ἀσπίδων τῷ ὠθισμῷ καὶ τῶν δορατίων τῇ ἐπιβολῇ πυκνοτάτῃ οὔσῃ καὶ οὐδαμῇ ξυγκεχυμένῃ ὡς καρτερώτατα τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο, ἐξεπίτηδές τε πάταγον ταῖς ἀσπίσιν ἐποίουν, ταύτῃ μὲν τοὺς ἵππους ἀεὶ δεδισσόμενοι, τοὺς δὲ ἄνδρας ταῖς τῶν δορατίων αἰχμαῖς. καὶ οἵ τε ἵπποι ἀνεχαιτίζοντο τῇ τε δυσχωρίᾳ καὶ τῶν ἀσπίδων τῷ πατάγῳ λίαν ἀχθόμενοι καὶ διέξοδον οὐκ ἔχοντες, οἵ τε ἄνδρες ἠποροῦντο, ἀνθρώποις τε οὕτω ξυμπεφραξαμένοις μαχόμενοι καὶ τρόπῳ οὐδενὶ εἴκουσι, καὶ ἵπποις ἐγκελευόμενοι ὡς ἥκιστα ἐπαΐουσιν. ἀπο-
B κρουσθέντες τε τὴν πρώτην ὀπίσω ἐχώρουν. καὶ αὖθις ἀποπει-

4. οὗ ἐστρ. HL. οὗ om. L. 7. τουτίλλας HL. 8. ἐνθένδε] ἐνθένδεν P. 10. ἵεντο] ἵεντο P. 19. οὐκ ἔχοντες] οὐκ om. L. ibid. ἠποροῦντο] ἀπεκρούοντο HL. 21. ἐγκελευόμενοι] ἐκκελευόμενοι H.

Colli praeiacet torrens, praetextus tramite, cuius mentionem proxime feci. Erant autem Gotthorum castra loco opposita, in quo stabant quinquageni illi, adeo densi, ut se contingerent, acieque compositi, quantum per angustias loci licebat. Simul Totilae id lux aperuit, omne eo studium contulit, ut inde illos deiiceret. Itaque turmam equitum confestim mittit, iubetque eos quamprimum deturbare. Tum equites multo cum fremitu et clamore invehi, quasi ipsos primo impetu eversuri essent. Hi vero densatis ordinibus, protecti clypeis stabant, cum Gotthi, admissis equis, confuse impressionem fecerunt. At illam quinquageni viri, scuta collidendo, crebroque et apposite vibrando hastas, validissime exceperunt; sic, ut equos, de industria concrepantium clypeorum assiduo sonitu, et viros intentarum cuspidibus hastarum terrerent. Retro equi cedebant, loci iniquitate et scutorum crepitu efferati, penitusque exclusi transitu: equites quo se verterent nesciebant, cum hominibus adeo munitis minimeque cedentibus pugnantes, frustraque imperitantes equis contumacibus. Hac prima repulsi conflictione, viam con-

ῥασάμενοι καὶ ταῦτα πάσχοντες ἀνεπόδιζον. πολλάκις τε οὕτως ἀπαλλάξαντες οὐκέτι ἠνόχλουν, ἀλλ' ἑτέραν ἴλην Τωτίλας δὴ εἰς τὸ ἔργον τοῦτο ἀντικαθίστη. ὧνπερ ὁμοίως τοῖς προτέροις ἀπαλλαγέντων ἕτεροι ἐς τὴν πρᾶξιν καθίσταντο. πολλάς τε ἴλας ὁ Τωτίλας οὕτως ἀμείψας ἐπὶ πάσαις τε ἄπρακτος γεγονὼς εἶτα ἀπεῖπεν. οἱ μὲν οὖν πεντήκοντα κλέος ὑπὲρ ἀρετῆς ὑπήνεγκαν μέγα, δύο δὲ αὐτῶν διαφερόντως ἐν τῷ πόνῳ τούτῳ ἠρίστευσαν, Παῦλός τε καὶ Αὐσίλας, οἳ δὴ ἐκπεπηδηκότες τῆς φάλαγγος δήλωσιν ἀρετῆς μάλιστα πάντων πεποίηνται. τοὺς μὲν γὰρ ἀκινάκας σπασάμενοι κατέθεντο ἐς τὸ ἔδαφος, τὰ δὲ τόξα ἐντεινάμενοι ἔβαλον ἐπικαιριώτατα στοχαζόμενοι τῶν πολεμίων. C
καὶ πολλοὺς μὲν ἄνδρας, πολλοὺς δὲ ἵππους διεχρήσαντο, ἕως ἔτι εἶχον τοὺς ἀτράκτους αὐτοῖς αἱ φαρέτραι. ἐπειδὴ δὲ ἅπαντα αὐτοὺς τὰ βέλη ἤδη ἐπελελοίπει, οἱ δὲ τά τε ξίφη ἀνελόμενοι καὶ τὰς ἀσπίδας προβεβλημένοι κατὰ μόνας τοὺς ἐπιόντας ἠμύνοντο. ἐπειδάν τε ἱππευόμενοι τῶν ἐναντίων τινὲς ξὺν τοῖς δόρασιν ἐπ' αὐτοὺς ἴοιεν, οἱ δὲ τοῖς ξίφεσι παίοντες ἀπεκαύλιζον τῶν δοράτων εὐθὺς τὰς αἰχμάς. πολλάκις δὲ αὐτῶν οὕτω δὴ ἀναστελλόντων τὰς τῶν πολεμίων ἐπιδρομὰς ξυνηνέχθη τὸ θατέρου ξίφος (ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ Παῦλος ὀνόματι) συγκεκάμφθαι τῇ ἐς τὰ ξύλα ξυνεχεῖ τομῇ καὶ τὸ παράπαν ἀχρεῖον εἶναι. D
ὅπερ αὐτίκα μὲν προσουδίζει χαμαί, χερσὶ δὲ ἀμφοτέραις ἐπιλα- H 367

2. ἠνόχλουν Reg. ἐνόχλουν P. *ibid.* τουτίλλας HL hic et infra. *ibid.* δὴ om. P, habet L. δὲ H. 3. ἀντικαθίστη Scaliger. Legebatur ἀντικαθέστη. 18. τὰς αἰχμὰς] ταῖς αἰχμαῖς L a pr. m. et H. 21. συνεχεῖ L.

vertunt. Adorti iterum, eodemque modo excepti, pedem iterum referunt. Ita saepe digressi irriti, absistunt eos lacessere. In idem ausum submisso a Totila altero agmine, et similiter pulso, tertium subit. Sic Totilas, multis per vices suffectis turmis, operaque a cunctis perdita, tandem coepto abiit. Hinc quinquaginta illi magnam retulere fortitudinis laudem: sed rem melius caeteris in hoc certamine gesserunt duo, Paulus et Ausilas: qui ex acie progressi, virtutis significatione supra omnes se commendarunt. Cum enim districtos acinaces humi deposuissent, intentis arcubus in hostes scitissime collimando, sagittas sic emittebant, ut vires equosque multos confecerint, quandiu sagittas haberent in pharetris. His omnino exhaustis, eduxere gladios, et seorsum soli obiectis clypeis impetum sustinuerunt. Si qui equitum in eos cum hastis se invehebant, statim illi ensibus recidebant earum cuspides. Hostium crebros incursus dum ita reprimunt, secandis usque lignis retusus est Pauli gladius, ac prorsus inutilis evasit. Hoc ille protinus abiecto humi, hastas ambabus manibus apprehensas, aggressoribus extorquebat.

βόμενος τῶν δοράτων ἀφῄρητο τοὺς ἐπιόντας. τέτταρά τε δόρατα οὕτω τοὺς πολεμίους διαφανῶς ἀφελόμενος αἰτιώτατος γέγονε τοῦ τὴν πρᾶξιν αὐτοὺς ἀπογνῶναι. διὸ δὴ αὐτὸν καὶ ὑπασπιστὴν αὐτοῦ ἴδιον ἀπὸ τοῦ ἔργου τούτου Ναρσῆς τὸ λοιπὸν κατεστήσατο.

V 237 λ'. Ταῦτα μὲν οὖν τῇδε κεχώρηκεν. ἑκάτεροι δὲ παρε-
P 650 σκευάζοντο εἰς παράταξιν. καὶ Ναρσῆς τὸ στράτευμα ἐν χώρῳ ὀλίγῳ ξυναγαγὼν τοιάδε παρεκελεύσατο „Τοῖς μὲν ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ἐς ἀγωνίαν τοῖς πολεμίοις καθισταμένοις παρακελεύσεώς τε ἂν ἴσως δεήσειε πολλῆς καὶ παραινέσεως τὴν προθυμίαν ὁρμώσης, ὅπως δὴ ταύτῃ τῶν ἐναντίων πλεονεκτοῦντες κατὰ νοῦν μάλιστα τῆς παρατάξεως ἀπαλλάξωσιν· ὑμῖν δέ, ὦ ἄνδρες, οἷς καὶ τῇ ἀρετῇ καὶ τῷ πλήθει καὶ τῇ ἄλλῃ παρασκευῇ πάσῃ πολλῷ τῷ διαλλάσσοντι πρὸς καταδεεστέρους ἐστὶν ἡ μάχη,
B οὐδὲν ἄλλο προσδεῖν οἴομαι ἢ τῷ θεῷ ἵλεῳ ἐς ξυμβολὴν τήνδε καθίστασθαι. εὐχῇ τοίνυν αὐτὸν ἐνδελεχέστατα ἐς ξυμμαχίαν ἐπαγόμενοι πολλῷ τῷ καταφρονήματι ἐπὶ τούτων δὴ τῶν λῃστῶν τὴν ἐπικράτησιν ἴεσθε, εἴ γε δοῦλοι βασιλέως τοῦ μεγάλου τὸ ἐξ ἀρχῆς ὄντες καὶ δραπέται γεγενημένοι τύραννόν τε αὐτοῖς ἀγελαῖόν τινα ἐκ τοῦ συρφετοῦ προστησάμενοι ἐπικλοπώτερον συνταράξαι τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐπὶ καιροῦ τινος ἴσχυσαν. καίτοι τούτους γε ἡμῖν οὐδὲ ἀντιπαρατάσσεσθαι νῦν τὰ εἰκότα λογιζομένους ὑπώπτευσεν ἄν τις. οἱ δὲ θράσει θανατῶντες ἀλογίστῳ

18. ἴεσθε] ἴσθε HmP. ἴεσθαι HL. 23. ἀλογίστῳ] ἀλογίστως H.

Quo modo, cum palam hastas quatuor eripuisset hostibus, praecipua causa extitit, cur incepto desperanter absisterent. Facinoris illius ergo eum Narses in Scutariorum suorum numero deinceps habuit.

30. His ita gestis, utrique ad pugnam se accinxerunt: tum Narses coactas in angustum copias, his fere verbis hortatus est. *Qui ad dimicandum accedunt cum hoste viribus pari, eos forte verbis hortari pluribus et accendere necesse fuerit, ut adversariis hac saltem parte instructiores, ex sententia proelio defungantur. Vobis autem, o viri, quandoquidem cum hominibus, virtute, numero, et belli apparatu longe inferioribus certandum est, id unum iudico necessarium, ut pugnam hanc ineatis, Deo propitio. Huius ope enixis precibus impetrata, contemptu elati generosissimo, aggredimini profligare latrones istos: qui, postquam magno Imperatori, cui iam inde olim servierant, elapsi fuga se subduxerunt, assumpto ex plebe tyranno quodam gregario, Romanum Imperium turbarunt aliquandiu, impunius latrocinando. Certe merito quispiam existimaret, eos, si quid saperent, nobis nunquam se oblaturos instructa acie. Verum illi inconsulta audacia perire volunt, et furiosa abrepti palam temeritate certam amplecti mortem non dubitant.*

τινὶ καὶ μανιώδη προπέτειαν ἐνδεικνύμενοι πρὔπτον αὐτοῖς θά- C νατον ἀναιρεῖσθαι τολμῶσιν, οὐ προβεβλημένοι τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα, οὐδὲ τί ἐπιγενήσεται σφίσιν αὐτοῖς ἐκ τοῦ παραλόγου καὶ τοῦ παραδόξου καραδοκοῦντες, ἀλλὰ πρὸς τοῦ θεοῦ διαῤῥήδην ἐπὶ τὰς ποινὰς τῶν πεπολιτευμένων ἀγόμενοι. ὧν γὰρ ἄνωθέν τι κατεγνώσθη παθεῖν, χωροῦσιν ἐπὶ τὰς τιμωρίας αὐτόματοι. χωρὶς δὲ τούτων ὑμεῖς μὲν πολιτείας εὐνόμου προκινδυνεύοντες καθίστασθε εἰς ξυμβολὴν τήνδε, οἱ δὲ νεωτερίζουσιν ἐπὶ τοῖς νόμοις ζυγομαχοῦντες, οὐ παραπέμψειν τι τῶν ὑπαρχόντων ἐς διαδόχους προσδοκῶντές τινας, ἀλλ' εὖ εἰδότες ὡς συναπολεῖται D αὐτοῖς ἅπαντα καὶ μετ' ἐφημέρου βιοτεύουσι τῆς ἐλπίδος. ὥστε καταφρονεῖσθαι τὰ μάλιστά εἰσιν ἄξιοι. τῶν γὰρ οὐ νόμῳ καὶ ἀγαθῇ πολιτείᾳ ξυνισταμένων ἀπολέλειπται μὲν ἀρετὴ πᾶσα, διακέκριται δέ, ὡς τὸ εἰκός, ἡ νίκη, οὐκ εἰωθυῖα ταῖς ἀρεταῖς ἀντιτάσσεσθαι." τοιαύτην μὲν ὁ Ναρσῆς τὴν παρακέλευσιν ἐποιήσατο. καὶ Τωτίλας δὲ τεθηπότας τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν τούς οἱ ἑπομένους ὁρῶν ξυγκαλέσας καὶ αὐτὸς ἅπαντας ἔλεξε τάδε.

„Ὑστάτην ὑμῖν παραίνεσιν ποιησόμενος ἐνταῦθα ὑμᾶς, ἄνδρες ξυστρατιῶται, ξυνήγαγον. ἄλλης γάρ, οἶμαι, παρακελεύσεως μετὰ τήνδε τὴν ξυμβολὴν οὐκ ἔτι δεήσει, ἀλλὰ τὸν πόλεμον ἐς ἡμέραν μίαν ἀποκεκρίσθαι ξυμβήσεται πάντως. οὕτω γὰρ ἡμᾶς τε καὶ βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἐκνενευρίσθαι τετύχηκε P 651 καὶ περιῃρῆσθαι δυνάμεις ἁπάσας, πόνοις τε καὶ μάχαις καὶ ταλαιπωρίαις ὡμιληκότας ἐπὶ χρόνου παμμέγεθές μῆκος, ἀπειρηκέναι τε πρὸς τὰς τοῦ πολέμου ἀνάγκας, ὥστε, ἣν τῇ ξυμβολῇ

Nec vero spe tanta freti sunt, ut sibi extraordinarium quidquam et communi opinione maius eventuram expectent: sed ipsos Deus ad poenas anteactae vitae debitas aperte ducit. Nam quibus divina sententia supplicium aliquod decretum est, id sponte ipsimet adeunt. Praeterea vos pro bene morata et constituta Repub. in certaminis aleam venitis: illi in iugum legum se efferentes, novitati student: nec se fortunarum suarum partem aliquam heredibus ullis transmissuros sperant: at probe intelligentes omnia secum peritura, sic vivunt, ut spem non ultra diem producant. Quare contemptu maximo digni sunt. Etenim qui nec lege, nec laudabili instituto coeunt, eos virtus omnis deserit: proinde ab ipsis victoria procul abest; quippe quae virtutibus repugnare non soleat. Haec Narses. Totilas vero suos exercitus Romani admiratione defixos videns, advocata concione, sic verba fecit.

Huc vos collegi, Commilitones, extremum hortaturus. Nam post hoc proelium, nulla amplius, ut equidem censeo, militari concione opus erit: sed bello dies hic finem afferet. Et vero nos Iustinianumque Augustum debilitarunt atque exhauserunt viribus labores, certamina, aerumnae, in quibus diutissime versati sumus; itaque taedet difficultatum

τῇ νῦν τῶν ἐναντίων περιεσώμεθα, οὐδαμῶς ἀναμαχήσεσθαι
λελείψεται Γότθοις, ἀλλὰ τὴν ἧσσαν ἑκατέροις σκῆψιν ἐς τὴν
ἡσυχίαν εὐπρόσωπον διαρκῶς ἕξομεν. ἀπολέγοντες γὰρ ἄνθρω-
ποι πρὸς τῶν πραγμάτων τὰ πονηρότατα ἐς αὐτὰ ἐπανιέναι οὐκέτι
τολμῶσιν, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἴσως διωθουμένης αὐτοὺς ἐπὶ ταῦτα
τῆς χρείας ταῖς γνώμαις ἀναχαιτίζονται, δεδισσομένης αὐτοῖς
τὰς ψυχὰς τῆς τῶν κακῶν μνήμης. τοσαῦτα, ὦ ἄνδρες, ἀκη-
B κοότες ἀνδραγαθίζεσθε μὲν τῷ παντὶ σθένει, μηδεμίαν ἐς ἄλλον
τινὰ χρόνον ἀποτιθέμενοι τῆς ψυχῆς ἀρετὴν, ταλαιπωρεῖσθε δὲ
ἀνάγκῃ τῇ πάσῃ, μηδὲ τὸ σῶμα ταμιευόμενοι ἐς κίνδυνον ἄλλον.
ὅπλων δὲ ὑμῖν γινέσθω καὶ ἵππων οὐδεμία φειδὼ, ὡς οὐκέτι χρη-
σίμων ἐσομένων ὑμῖν. ἅπαντα γὰρ προκατατρίψασα τὰ ἄλλα ἡ
τύχη, μόνην τῆς ἐλπίδος τὴν κεφαλὴν ἐς τὴν ἡμέραν ἐφύλαξε
ταύτην. τὴν εὐψυχίαν τοίνυν ἀσκεῖτε καὶ πρὸς εὐτολμίαν παρα-
V 238 σκευάζεσθε. οἷς γὰρ ἡ ἐπὶ τριχὸς ἐλπὶς, ὥσπερ τανῦν ὑμῖν,
ἕστηκεν, οὐδὲ χρόνου τινὰ βραχυτάτην ῥοπὴν ἀναπεπτωκέναι
ξυνοίσει. παρεληλυθυίας γὰρ τῆς ἀκμῆς τοῦ καιροῦ ἀνόνητος
τὸ λοιπὸν ἡ σπουδὴ γίνεται, κἂν διαφερόντως ὑπέρογκος ᾖ, οὐκ
C ἐνδεχομένης τῶν πραγμάτων τῆς φύσεως ἀρετὴν ἕωλον, ἐπεὶ
H 368 παρελθούσης τῆς χρείας ἔξωρα καὶ τὰ ἐπιγινόμενα ἐπάναγκες εἶ-
ναι. οἶμαι τοίνυν προσήκειν ὑμᾶς ἐπικαιριώτατα ἐν ἔργῳ λαβεῖν
τὴν ἀγώνισιν, ὡς ἂν δυνήσησθε καὶ τοῖς ἀπ' αὐτῆς ἀγαθοῖς

5. αὐτοὺς L corr. et P. αὐτῆς H. 13. ἐς τὴν Pm. Aberat ἐς. 21. ὑμᾶς] ἡμᾶς L.

belli, ut si ex hoste reportemus victoriam hodierno praelio, nullum aliud Gotthi facturi sint; utrisque speciosissimam quietis causam praebente clade. Nam homines in eos casus, quibus pessime iactati sunt, non audent iterum se dimittere: at si forte necessitate illuc vehementius impellantur, inde refugiunt eorum animi, memoria territi praeteritae calamitatis. His auditis, o viri, rem viriliter gerite, promentes totam pectoris vim; nec partem ullam fortitudinis reponite in tempus aliud. Quidquid difficultatis occurret, constanter subite, nec corpus in discrimen alterum reservate. Nolite armis equisve parcere, nulli posthac futuris usui. Siquidem Fortuna, protritis rebus omnibus, spei summam, in hunc diem unum adductam, servavit. Ergo generositatem exercete, vosque ad pugnandum animose accingite. Nam quorum spes, ut iam vestra, in pilo stat, illis vel momento brevissimo residere non expedit. Ubi enim effluxit occasio, frustra est operae contentio, quamvis maxima, abdicante rerum natura animositatem praeposteram: quippe elapsa semel opportunitate, intempestiva sint, quae consequuntur, necesse est. Itaque eo vos incumbere debere arbitror, ut momenta ad bene pugnandum, quae se offerent, dextere arripiatis; quo possitis bona inde pro-

χρῆσθαι. ἐξεπίστασθέ τε ὡς ἐν τῷ παρόντι ἀξιώλεθρος μάλιστα ἡ φυγὴ γίνεται. φεύγουσι γὰρ ἄνθρωποι οἱ λείποντες τὴν τάξιν οὐκ ἄλλου του ἕνεκα ἢ ὅπως βιώσονται· ἢν δὲ θάνατον ἡ φυγὴ προὖπτον ἐπάγεσθαι μέλλῃ, ὁ τὸν κίνδυνον ὑποστὰς τοῦ φυγόντος πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἐν ἀσφαλεῖ ἔσται. τοῦ δὲ τῶν πολεμίων ὁμίλου καταφρονεῖν ἄξιον, ἐξ ἐθνῶν ξυνειλεγμένων ὅτι μάλιστα πλείστων. ξυμμαχία γὰρ πολλαχόθεν ἐρανισθεῖσα οὔτε τὴν πίστιν οὔτε τὴν δύναμιν ἀσφαλῆ φέρεται, ἀλλὰ σχιζομένη D τοῖς γένεσι μερίζεται καὶ ταῖς γνώμαις εἰκότως. μηδὲ γὰρ οἴεσθε Οὔννους τε καὶ Λαγγοβάρδους καὶ Ἐρούλους ποτέ, χρημάτων αὐτοῖς μεμισθωμένους οὐκ οἶδα ὁπόσων, προκινδυνεύσειν αὐτῶν ἄχρι ἐς θάνατον. οὐ γὰρ οὕτως αὐτοῖς ἡ ψυχὴ ἄτιμος ὥστε καὶ ἀργυρίου τὰ δευτερεῖα παρ' αὐτοῖς φέρεσθαι, ἀλλ' εὖ οἶδα ὡς μάχεσθαι τὰ ἐς τὴν ὄψιν ποιούμενοι ἐθελοκακήσουσιν αὐτίκα δὴ μάλα, ἢ κεκομισμένοι τὴν μίσθωσιν, ἢ τὴν ἐπίταξιν ὑποτετελεκότες τῶν ἐν σφίσιν ἀρχόντων. τοῖς γὰρ ἀνθρώποις καὶ τῶν πραγμάτων τὰ τερπνότατα δοκοῦντα εἶναι μὴ ὅτι πολέμια, ἢν μὴ κατὰ γνώμην αὐτοῖς πράσσηται, ἀλλὰ βιασθεῖσιν ἢ μισθαρνήσασιν ἢ ἄλλῳ τῳ ἀναγκασθεῖσιν, οὐκέτι αὐτοῖς ἐπὶ τὸ καθύμιον ἀποκεκρίσθαι ξυμβήσεται, ἀλλὰ τῷ ἀναγκαίῳ μοχθηρὰ φαίνεται. ὧν ἐνθυμηθέντες προθυμίᾳ τῇ πάσῃ ὁμόσε τοῖς πολεμίοις χωρήσωμεν." P 652

12. ἄτιμος] ἀτιμὸν L a pr. m. et H. *ibid.* εὐψυχίαν] εὐτυχίαν H. εὐψυχίαν Hoeschel. in annot. ex Pers. 13. αὐτοῖς] αὐτοὺς L a pr. m.

fectura percipere. Illud etiam apprime teneatis velim, nihil iam esse perniciosius fuga. Qui suum deserentes ordinem terga dant, nihil aliud, nisi viam salutis, quaerunt. At si fugam certam consequatur exitium, qui pugnam sustinet, nae is longe tutior est quam qui fugit. Quod ad hostium multitudinem ex gentibus quamplurimis coactam attinet, ea vobis temnenda est: cum ex multis pretio conflata societas nec fidem, nec vires habeat stabiles: idque natura ferat, ut quanta gentium, tanta consiliorum diversitas in ea sit. Nec putate Hunnos, Langobardos, Erulosque pecunia infinita conductos, pro ipsis ad extremum spiritum dimicaturos. Neque enim vitam adeo vilem habent, ut eam argento postferant: nec dubito quin servata pugnantium specie, de industria remisse agant, sive quia mercedem iam acceperunt, sive ut arcanis Ducum suorum mandatis obtemperent. Enimvero non solum hostilia, sed illa etiam, quae vulgo habentur suavissima, si ab hominibus, vi, pretio, aliove quopiam adactis modo, non autem sponte exerceantur, ipsis displicent, atque intolerabilia videntur ob adiunctam necessitatem. His imbuti cogitationibus, toto animi impetu hostem adoriamur.

λα'. Τοσαῦτα μὲν καὶ ὁ Τωτίλας εἶπε. τὰ δὲ στρατεύματα ἐς μάχην ξυνῄει καὶ ἐτάξαντο ὧδε. μετωπηδὸν μὲν ἀμφοτέρωθεν ἅπαντες ἔστησαν, ὡς βαθύτατόν τε καὶ περίμηκες τῆς φάλαγγος τὸ μέτωπον ποιησόμενοι. τῶν δὲ Ῥωμαίων κέρας μὲν τὸ ἀριστερὸν Ναρσῆς τε καὶ Ἰωάννης ἀμφὶ τὸ γεώλοφον εἶχον καὶ ξὺν αὐτοῖς εἴ τι ἄριστον ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατῷ ἐτύγχανεν ὄν. ἑκατέρῳ γὰρ τῶν ἄλλων χωρὶς τῶν στρατιωτῶν, δορυφόρων τε καὶ ὑπασπιστῶν καὶ βαρβάρων Οὔννων, εἵπετο πλῆθος ἀριστίνδην συνειλεγμένων. κατὰ δεξιὸν Βαλεριανός τε καὶ Ἰωάννης ὁ φαγᾶς ξὺν τῷ Δαγισθαίῳ καὶ οἱ κατάλοιποι Ῥω-
B μαῖοι ἐτάξαντο πάντες. πεζοὺς μέντοι τοξότας ἐκ τῶν καταλόγου στρατιωτῶν ὀκτακισχιλίους μάλιστα ἔστησαν κατ' ἄμφω τὰ καὶ τάδε. κατὰ μέσα τῆς φάλαγγος τούς τε Λαγγοβάρδας καὶ τὸ Ἐρούλων ἔθνος καὶ πάντας τοὺς ἄλλους βαρβάρους ὁ Ναρσῆς ἔταξεν, ἔκ τε τῶν ἵππων ἀποβιβάσας καὶ πεζοὺς εἶναι καταστησάμενος, ὅπως ἂν μὴ κακοὶ ἐν τῷ ἔργῳ γενόμενοι ἢ ἐθελοκακοῦντες, ἂν οὕτω τύχῃ, ἐς ὑπαγωγὴν ὀξύτεροι εἶεν. τὸ μέντοι πέρας κέρως τοῦ εὐωνύμου τῶν Ῥωμαίων μετώπου Ναρσῆς ἐγγώνιον κατεστήσατο, πεντακοσίους τε καὶ χιλίους ἱππεῖς ἐν-
C ταῦθα στήσας. προείρητο δὲ τοῖς μὲν πεντακοσίοις, ἐπειδὰν τάχιστα τῶν Ῥωμαίων τισὶ τραπῆναι ξυμβαίη, ἐπιβοηθεῖν αὐτοῖς ἐν σπουδῇ, τοῖς δὲ χιλίοις, ὁπηνίκα οἱ τῶν πολεμίων πεζοὶ ἔργα ἄρχωνται, κατόπισθέν τε αὐτῶν αὐτίκα γενέσθαι καὶ ἀμ-

8. ἔστησαν κατ' PL ἔστησαν. καὶ H. 13. τάδε. κατὰ Maltretus. τάδε τὰ HL. ibid. μέσα Hm P. μέγα H. 17. ὑπαγωγὴν] ὑποταγὴν HL. 18. ἐγγώνιον] ἐγρόνιον HL. ἐγγώνιον Hm.

31. Secundum hanc Totilae orationem, uterque exercitus ad pugnam coiit, sic dispositus. Ita omnes adversis frontibus stabant, ut aciei frons utriusque altissima esset atque oblonga. Laevum cornu Romanorum ad collem tenebant Narses ac Ioannes cum Romani flore exercitus. Uterque enim, praeter caeteros milites, hastatis scutatisque satellitibus plurimis, magnaque Hunnorum vi lectissimorum stipatus erat. Habebant cornu dexterum Valerianus, Ioannes Heluo, Dagistaeus ac reliqui Romani, peditum sagittariorum octo fere millibus ad utrumque latus locatis. Media in acie Langobardos, Erulos, caeterosque omnes Barbaros constituit Narses, iussitque ad pedes degredi, ne si metu, vel forte perfidia ardorem pugnae remitterent, ad fugam essent expeditiores. Sinistri Romanorum cornu extremitatem, quae erat in fronte aciei, produxit Narses in angulum, equitibus ibi positis mille quingentis: ac quingentis quidem edixit, ut, si quod Romanorum agmen verteretur in fugam, statim illi succurrerent; aliis vero mille, ut simul hostilis peditatus pugnare coepisset, a tergo subirent, quo interceptus

φιβόλους ποιήσασθαι. καὶ ὁ Τωτίλας δὲ τρόπῳ τῷ αὐτῷ τοῖς πολεμίοις ἐναντίαν τὴν στρατιὰν ξύμπασαν ἔστησε. καὶ περιιὼν τὴν οἰκείαν παράταξιν τοὺς στρατιώτας παρεθάρσυνέ τε καὶ παρεκάλει ἐς εὐτολμίαν προσώπῳ καὶ λόγῳ. καὶ ὁ Ναρσῆς δὲ ταὐτὸ τοῦτο ἐποίει, ψέλιά τε καὶ στρεπτοὺς καὶ χαλινοὺς χρυσοῦς ἐπ' αὐτῶν μετεωρίσας καὶ ἄλλα ἄττα τῆς ἐς τὸν κίνδυνον D προθυμίας ὑπεκκαύματα ἐνδεικνύμενος. χρόνον δέ τινα μάχης V 239 οὐδέτεροι ἦρχον, ἀλλ' ἡσυχῇ ἀμφότεροι ἔμενον, προσδεχόμενοι τὴν τῶν ἐναντίων ἐπίθεσιν.

Μετὰ δὲ εἷς τοῦ Γότθων στρατοῦ, Κόκας ὄνομα, δόξαν ἐπὶ τῷ δραστηρίῳ διαρκῶς ἔχων, τὸν ἵππον ἐξελάσας, ἦλθεν ἄγχι τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ, προὐκαλεῖτό τε, εἴ τις βούλοιτο, πρὸς μονομαχίαν ἐπεξιέναι. ὁ δὲ Κόκας οὗτος, εἷς τῶν Ῥω- P 653 μαίων στρατιωτῶν ἐτύγχανεν ὢν τῶν παρὰ Τωτίλαν ἀπηυτομοληκότων τὰ πρότερα. καί οἱ αὐτίκα τῶν τις Ναρσοῦ δορυφόρων ἀντίος ἦλθε, γένος Ἀρμένιος, Ἀνζαλᾶς ὄνομα, καὶ αὐτὸς ἵππῳ ὀχούμενος. ὁ μὲν οὖν Κόκας ὁρμήσας πρῶτος ὡς τῷ δόρατι παίσων ἐπὶ τὸν πολέμιον ἵετο, καταστοχαζόμενος τῆς ἐκείνου γαστρός. ὁ δὲ Ἀνζαλᾶς ἐξαπιναίως τὸν ἵππον ἐκκλίνας ἀνόνητον αὐτὸν κατεστήσατο γενέσθαι τῆς οἰκείας ὁρμῆς. ταύτῃ τε αὐτὸς ἐκ πλαγίου τοῦ πολεμίου γενόμενος ἐς πλευρὰν αὐτοῦ τὴν ἀριστερὰν τὸ δόρυ ὦσε. καὶ ὁ μὲν ἐκ τοῦ ἵππου πεσὼν B ἐς τὸ ἔδαφος νεκρὸς ἔκειτο· κραυγὴ δὲ ἀπὸ τοῦ Ῥωμαίων στρα- H 369

3. παρεθράσυνε L. 5. ψέλια] Vulgo ψέλλια. 6. μετεωρήσας HL. 10. Κόκας] Δόκας Pers. 18. πολέμιον] πόλεμον H. *ibid.* ἵετο] Vulgo ἴετο. 19. Ἀνζαλᾶς] ἀνζαλεῖς L. ἀνζαλεὶς H.

utrinque oppugnaretur. Eodem dispositas modo copias omnes obiecit hostibus Totilas: tum aciem suam circumvolans, militibus subdebat animos, eosque vultu ac voce ad audendum excitabat. Idem agebat Narses, armillas, torques, fraena aurea, et alia quaedam pectoribus ad proelium accendendis idonea ostendens, hastilibus elata. Ab ineunda pugna aliquandiu utrique se cohibuerunt, et adversariorum impressionem expectantes, pede presso steterunt.

Deinde Cocas, vir strenuitatis laude clarissimus, ex acie Gotthica provectus equo, ad Rom. exercitum accessit, unum aliquem poscens, qui secum vellet singulari certamine congredi. Erat Cocas ex Romanorum numero militum, qui ad Totilam ante desciverant. Mox unus ex Narsetis stipatoribus, Anzalas nomine, natione Armenius, sese adversum obtulit, equo et ipse vectus. Prior Cocas, capto impetu, in hostem irruit, ipsum hasta ferire meditans, in ventrem intenta. Equo Anzalas repente flexo declinat ictum, impetumque frustratur. Hac arte hosti oblique imminens, in latus eius sinistrum hastam adigit: ille excussus equo, exanimis humi sternitur. Ex acie Romana tollitur in-

τοῦ ὑπερφυὴς ἤρθη, οὐδ᾽ ὡς μέντοι μάχης τινὸς οὐδέτεροι ἦρξαν. Τωτίλας δὲ μόνος ἐν μεταιχμίῳ ἐγένετο, οὐ μονομαχήσων, ἀλλὰ τὸν καιρὸν τοῖς ἐναντίοις ἐκκρούσων. Γότθων γὰρ τοὺς ἀπολελειμμένους δισχιλίους ἄγχιστα προσιέναι μαθὼν ἀπετίθετο ἐς τὴν αὐτῶν παρουσίαν τὴν ξυμβολὴν, ἐποίει δὲ τάδε. πρῶτα μὲν οὖν ἠξίου τοῖς πολεμίοις ἐνδείκνυσθαι ὅστις ποτὲ εἴη. τήν τε γὰρ τῶν ὅπλων σκευὴν κατακόρως τῷ χρυσῷ κατειλημμέ- C νην ἠμπίσχετο καὶ τῶν οἱ φαλάρων κόσμος ἔκ τε τοῦ πίλου καὶ τοῦ δόρατος ἁλουργός τε καὶ ἄλλως βασιλεῖ πρέπων ἐκρέματο θαυμαστὸς ὅσος. καὶ αὐτὸς ὑπερφυεῖ ὀχούμενος ἵππῳ παιδιὰν ἐν μεταιχμίῳ ἔπαιζε τὴν ἐνόπλιον ἐπισταμένως. τόν τε γὰρ ἵππον ἐν κύκλῳ περιελίσσων, ἐπὶ θάτερά τε ἀναστρέφων αὖθις κυκλοτερεῖς πεποίητο δρόμους. καὶ ἱππευόμενος μεθίει ταῖς αὔραις τὸ δόρυ, ἀπ᾽ αὐτῶν τε κραδαινόμενον ἁρπάσας μέσον εἶτα ἐκ χειρὸς ἐς χεῖρα παραπέμπων συχνὰ ἐφ᾽ ἑκάτερα, καὶ μεταβι- D βάζων ἐμπείρως, ἐφιλοτιμεῖτο τῇ ἐς τὰ τοιαῦτα μελέτῃ, ὑπτιάζων καὶ ἰσχιάζων καὶ πρὸς ἑκάτερα ἐγκλινόμενος, ὥσπερ ἐκ παιδὸς ἀκριβῶς τὰ ἐς τὴν ὀρχήστραν δεδιδαγμένος. ταῦτά τε ποιῶν πᾶσαν κατέτριψε τὴν δείλην πρωΐαν. ἐπὶ πλεῖστον δὲ τὴν τῆς μάχης ἀναβολὴν μηκύνειν ἐθέλων ἔπεμψεν εἰς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον, φάσκων ἐθέλειν αὐτοῖς ἐς λόγους ξυμμῖξαι. Ναρ-

3. τοῖς ἐναντίοις addidi ex Suida s. v. ἐκκρουόμενος. τοὺς ἐναντίους τούτων ἐκκρούσων ex Reg. affert Hoeschel. ibid. ἐκκρούσων] ἐκκρουόμενος Suidas. 10. παιδιὰν P. παιδείαν H. 11. τόν — ἵππον] τοῦ — ἵππου HL: illud Hm. 14. κραδαινόμενος L a pr. m. ibid. μέσον P cum Scaligero. μένος HL. 21. ἐθέλειν] ἐθέλων HL: illud Hm. ibid. ἐς λόγους P cum Scaligero. εὐλόγως HL.

gens in caelum clamor: neutri tamen cooriuntur ad pugnam. Unus admodum Totilas inter aciem utramque prodit, non ad singulare certamen; sed ducendi eximendique temporis gratia. Cum enim bis mille Gotthos, quos desiderabat, in proximo esse audiret, proelium in eorum adventum extrahens, haec palam egit. Primum hostibus ostendere voluit, qui vir esset. Armis auro plurimo illitis indutus erat. Ex eius pilo atque hasta pendebant phalerae, purpura adeo ardenti insignes, ut Regi plane conveniret mirificus hic ornatus. Ipse equo eximio vectus, inter geminas acies armorum ludum scite ludebat. Equum enim circumagens ac reflectens utroqueversum, orbes orbibus impediebat: sic equitans hastam in auras iaculabatur, eamque, cum tremula relaberetur, arripiebat mediam, et ex altera manu in alteram saepe traiiciens ac dextere mutans, operam huic arti feliciter navatam ostentabat: resupinabat sese, et flexu multiplici nunc huc nunc illuc ita inclinabat, ut appareret diligenter ipsum a pueritia didicisse saltare. In hac ludicra exercitatione tempus omne matutinum contrivit, habensque in animo longius pugnam

σῆς δὲ φενακίζειν αὐτὸν ἰσχυρίζετο, εἴ γε πολεμησείων τὰ πρότερα, ἡνίκα τοῦ προτείνεσθαι λόγους ἐξουσία εἴη, νῦν ἐν μεταιχμίῳ γενόμενος ἐς τοὺς διαλόγους χωροίη.

λβ΄. Ἐν τούτῳ δὲ Γότθοις καὶ οἱ δισχίλιοι ἧκον· οὕσπερ P 654
ἐς τὸ χαράκωμα Τωτίλας ἀφικέσθαι μαθών, ἐπειδὴ καὶ ὁ καιρὸς ἐς ἄριστον ἦγεν, αὐτός τε ἐς σκηνὴν τὴν οἰκείαν ἐχώρησε καὶ Γότθοι διαλύσαντες τὴν παράταξιν ὀπίσω ἀνέστρεφον. ἐν δὲ τῇ καταλύσει τῇ αὐτοῦ γεγονὼς Τωτίλας τοὺς δισχιλίους ἤδη παρόντας εὗρε. τό τε ἄριστον πάντας αἱρεῖσθαι κελεύσας καὶ τὴν τῶν ὅπλων σκευὴν μεταμφιεσάμενος ἅπαντας ἐξωπλίσατο μὲν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐν στρατιωτῶν λόγῳ, εὐθὺς δὲ τὴν στρατιὰν ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξῆγεν, ἀπροσδόκητος αὐτοῖς ἐπιπεσεῖσθαι οἰόμενος καὶ ταύτῃ αἱρήσειν. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἀπαρασκεύους Ῥω- B
μαίους εὗρε. δείσας γὰρ ὁ Ναρσῆς, ὅπερ ἐγένετο, μὴ σφίσιν ἀπροσδοκήτοις ἐπιπέσοιεν οἱ πολέμιοι, ἀπεῖπεν ἅπασι μήτε ἄρι- V 240
στον αἱρεῖσθαι μήτε ἀποδαρθεῖν μήτε μὴν ἀποθωρακίσασθαι τῶν πάντων μηδένα μήτε τοῦ χαλινοῦ μεθεῖναι τὸν ἵππον. οὐ μέντοι οὐδὲ ἀποσίτους τὸ παράπαν αὐτοὺς εἴασεν, ἀλλ' ἐν τῇ τάξει καὶ τῇ τῶν ὅπλων σκευῇ ἀκρατισαμένους ἐκέλευσε διηνεκὲς οὕτως ἀποσκοποῦντας καραδοκεῖν τῶν πολεμίων τὴν ἔφοδον. τρόπῳ μέντοι τῷ αὐτῷ οὐκέτι ἐτάξαντο, ἀλλὰ Ῥωμαίοις μὲν C
τὰ κέρα, ἐν οἷς κατὰ τετρακισχιλίους οἱ πεζοὶ τοξόται εἱστήκεισαν, ἐπὶ τὸ μηνοειδὲς τοῦ Ναρσοῦ γνώμῃ ἐτράπετο. Γότθοι δὲ οἱ πεζοὶ ἅπαντες ὄπισθεν τῶν ἱππέων ἀθρόοι ἵσταντο, ἐφ' ᾧ,

proferre, misit ad Romanum exercitum, et sermonem velle se conferre significavit. Abnuit Narses, nugari ipsum asserens ac dare verba, qui prius bellandi fuisset cupidus, cum offerri colloquium posset, nunc autem id peteret in medio certaminis campo.

32. Hoc interim spatio advenere Gotthis duo millia bellatorum: quos ubi Totilas in castris esse audiit, appetente hora prandii, in tabernaculum suum concessit, et Gotthi, soluta acie, retro commearunt. Ad suum reversus Totilas diversorium, illa duo millia adesse iam videt, totumque exercitum prandere iubet. Mox armis indutis, summaque adhibita cura, ut cuncti militariter armati essent, copias in hostes educit, incautos aggressurum se et oppressurum ratus: at imparatos non offendit Romanos. Veritus enim Narses quod contigit, ne hostis inopinato ingrueret, edixit, ne quis pranderet, nec meridiaretur, neu loricam exueret, neu detraheret frenum equo. Nec tamen omnino impastos manere sivit: sed ipsius mandato, armati, ut erant, stantesque in ordinibus, ientarunt, intentis semper oculis animisque expectantes adventum hostium. Alio deinde modo ordinatae sunt acies: ac Romanae quidem cornua, in quibus peditum sagittariorum quatuor millia stabant, iubente Narsete, frontem lunarunt. Gotthicis vero peditatus omnis post

ἣν τοῖς ἱππεῦσι τραπῆναι ξυμβῇ, ἀναστρέφοντες μὲν ἐπ' αὐτοὺς οἱ φεύγοντες σώζοιντο, ἐπίκοινα δὲ ἀμφότεροι εὐθὺς χωρήσαιεν. προείρητο δὲ Γότθοις ἅπασι μήτε τοξεύματι μήτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν ἐς συμβολὴν τήνδε ὅτι μὴ τοῖς δόρασι χρῆσθαι. διὸ δὴ Τωτίλαν πρὸς τῆς ἀβουλίας καταστρατηγηθῆναι τῆς αὐτοῦ ξυνηνέχθη· ὅς γε καθιστάμενος ἐς τήνδε τὴν μάχην οὐκ οἶδα ὅτῳ
D *ἀναπεισθεὶς παρείχετο τοῖς ἐναντίοις τὴν αὐτοῦ στρατιὰν οὔτε τῇ ὁπλίσει ἀντίξουν οὔτε τῷ ἄλλῳ ἀντίπαλον, ἐπεὶ Ῥωμαῖοι μὲν ἑκάστοις ὡς ἐπικαιρότατα ἦν ἐν τῷ ἔργῳ ἐχρῶντο, ἢ τοξεύοντες, ἢ δόρατα ὠθοῦντες, ἢ ξίφη διαχειρίζοντες, ἢ ἄλλο τι ἐνεργοῦντες τῶν σφίσι προχείρων κἀν τῷ παρόντι ἐπιτηδείων, οἱ μὲν ἱππευόμενοι, οἱ δὲ καὶ πεζοὶ ἐς τὴν παράταξιν καθιστάμενοι, κατὰ τὸ τῇ χρείᾳ ξυνοῖσον, καὶ πῇ μὲν κύκλωσιν τῶν πολεμίων διαπρασσόμενοι, πῇ δὲ προσιόντας δεχόμενοι καὶ ταῖς ἀσπίσιν ἀποκρουόμενοι τὴν ἐπίθεσιν. οἱ δὲ τῶν Γότθων ἱππεῖς, τῶν πεζῶν σφίσιν ἀπολελειμμένων ὀπίσω, μόνοις θαρσοῦντες τοῖς*
P 655 *δόρασιν ὁρμῇ ἀνεπισκέπτῳ ἐπῄεσαν, ἔν τε τῷ πόνῳ γενόμενοι τῆς σφετέρας ἀβουλίας ἀπώναντο. ἐπὶ μέσους γὰρ τοὺς πολεμίους ὁρμήσαντες ἔλαθον σφᾶς αὐτοὺς ἐν μέσῳ πεζῶν τῶν ὀκτακισχιλίων γενόμενοι, τοῖς τε τοξεύμασι πρὸς αὐτῶν βαλλόμενοι ἑκατέρωθεν ἀπεῖπον εὐθύς, ἐπεὶ οἱ τοξόται ἄμφω τοῦ μετώπου τὰ κέρα ἐπὶ τὸ μηνοειδὲς κατὰ βραχὺ ἔτρεπον, ᾗπέρ μοι ἔμπροσθεν εἴρηται. πολλοὺς μὲν οὖν ἄνδρας, πολλὴν δὲ ἵππον ἐν τῷ*

2. ἐπίκοινα L a pr. m. et P. ἐπίκοινοι HL. 3. μήτε — μήτε] μηδὲ — μηδὲ P. 7. οὔτε — οὔτε] οὐδὲ — οὐδέ P. 23. πολλὴν δὲ ἵππον] πολλοὶ δὲ ἵπποι H.

equites confertim stetit, ut si hi forte inclinarentur, ad eum refugerent, iunctisque viribus hostem invaderent e vestigio. Id vero Gotthis praeceptum commune erat, ne sagittis, aliove quopiam telo, nisi lanceis, in hoc proelio uterentur. Hic certe sua Totilas imprudentia deceptus est: qui in pugna hac ineunda, nescio qua ratione inductus, copias suas obiecit hosti, armis rebusque caeteris impares: cum Romani singulis perapposite uterentur in dimicando, sive sagittas mitterent, sive hastas impellerent, sive gladios, aliudve quippiam, quod ad manum et ex usu esset, tractarent: partim equis, partim pedibus pro re nata pugnarent: iamque hostes circumvenirent, iam exciperent irruentes, et impetum scutis propellerent. At Gotthorum equites, relictis a tergo peditibus, solis confisi lanceis, coecoque impetu abrepti, ubi coepta est pugna, temeritatis suae fructum ceperunt. Nam facto in hostes medios impetu, se ab octo millibus peditum interceptos non adverterunt. Statim autem contraxere animum, sagittis hinc atque hinc appetiti; cum sagittarii, ut supra dixi, frontis cornua sensim lunassent. Hac impressione multos viros equosque Gotthi prius ami-

πόνῳ τούτῳ Γότθοι ἀπέβαλον, οὔπω τοῖς ἐναντίοις ξυμμίξαντες, H 370
πολλῶν τε ἀνηκέστων κακῶν ἐς πεῖραν ἐλθόντες ὀψέ τε καὶ μόλις
ἐς τῶν πολεμίων ἀφίκοντο τὴν παράταξιν. ἐνταῦθα τῶν Ῥω-
μαίων τινὰς ἢ τῶν σφίσι ξυμμάχων βαρβάρων μᾶλλον τῶν ἄλλων
θαυμάζειν οὐκ ἔχω. μία γὰρ ἁπάντων προθυμία τε καὶ ἀρετὴ B
ἐναγώνιος ἦν, ἕκαστοί τε τῶν ἐναντίων ἐπιόντων σφίσιν ὡς καρ-
τερώτατα δεξάμενοι τὴν ἐπιδρομὴν ἀπεώσαντο. ἤδη δὲ ἀμφὶ τὰ
πρὸς ἑσπέραν ἦν καὶ τὰ στρατόπεδα ἐξαπιναίως ἐκινήθη ἑκάτερα,
Γότθων μὲν ἐς ὑπαγωγήν, Ῥωμαίων δὲ ἐς τὴν δίωξιν. ὡρμη-
μένοι γὰρ ἐς αὐτοὺς Γότθοι οὐκ ἀντεῖχον τοῖς πολεμίοις, ἀλλ'
ἐνεδίδοσαν ἐπιόντων αὐτῶν καὶ τροπάδην ἀνέστρεφον, καταπε-
πληγμένοι αὐτῶν τῷ τε ὁμίλῳ καὶ τῇ διακοσμίᾳ. ἐς ἀλκήν τε
οὐδαμῇ ἔβλεπον, ὥσπερ φάσματα ἐπιπεσόντα σφίσι δειμαίνον-
τες, ἢ ἐξ οὐρανοῦ πολεμούμενοι. δι' ὀλίγου δὲ εἰς πεζοὺς αὐ-
τοῖς τοὺς σφετέρους ἀφικομένοις πολλῷ ἔτι μᾶλλον τὸ κακὸν ᾔρε- C
το καὶ πρόσω ἐχώρει. οὐ γὰρ ἐν κόσμῳ τὴν ἀναχώρησιν ποιη-
σάμενοι ἐς αὐτοὺς ἦλθον, ὡς ἀναπνεύσοντές τε καὶ ξὺν αὐτοῖς
ἀναμαχούμενοι, ἢ παλίωξιν ἐγχειρίσοντες, ἢ ἄλλην τινὰ πολέμου
ἰδέαν, ἀλλ' οὕτως ἀτάκτως ὥστε αὐτῶν τισι καὶ διεφθάρθαι
τῆς ἵππου ἐπιπεσούσης ξυνέπεσε. διόπερ αὐτοὺς οἱ πεζοὶ οὔτε
διαστάντες ἐδέξαντο οὔτε διασωσάμενοι ἔστησαν, ἀλλὰ ξὺν αὐ-
τοῖς προτροπάδην ἅπαντες ἔφευγον, ἔνθα δὴ καὶ ἀλλήλους ὥσπερ

7. ἀμφὶ τὰ] ἀμφὶ τῶν HL. ἀμφὶ τὰ Hoesch. in annot. 15. ἀφικομένοις L. ἀφιγμένοις HP. 17. αὐτοὺς] αὐτοῖς HL: αὐτοὺς Hm.

serunt quam cum hostibus manum consererent, pessimeque accepti vix tandem ad eorum aciem pervenerunt. Hic nescio quos prae caeteris mirer, Romanos quosdam, an Barbaros eorum socios. Nam in omnibus par alacritas animi et virtus aemula emicabat. Adversariorum assultum excipiebant singuli validissime et repellebant. Iam dies declinabat in vesperum, cum utraque acies se loco repente movit; sed ita, ut Gotthica referret pedem, Romana instaret. Hanc enim adorti Gotthi non restiterunt: at cessere contra ruentibus, effuseque recurrerunt, eorum ingenti numero atque apta dispositione attoniti. De exerendis viribus minime cogitabant, tanquam si ad spectrorum occursum paverent, vel caelitus oppugnarentur. Brevi ad peditatum suum reversis, increvit ac multo longius processit malum. Neque enim eo se retulerunt composite, ut recepta anima, iunctisque viribus pugnam redintegrarent, vel fugam iniicerent persequentibus, aliudve certandi genus capesserent, verum adeo inordinati erant, ut eorum nonnulli equitatus Romani impetu occubuerint. Quocirca ipsos peditatus Gotthicus non excepit diducta acie, nec parta illis salute substitit: at una fugerunt citato cursu: tum, quasi in tenebris digladiarentur, ita sese invicem concidebant. Romanae co-

ἐν νυκτομαχίᾳ διέφθειρον. ὅ τε τῶν Ῥωμαίων στρατὸς, τῆς ἐκείνων ἀπολαύοντες ὀρρωδίας, φειδοῖ οὐδεμιᾷ τοὺς ἐν ποσὶν ἀεὶ D ἔκτεινον, οὔτε ἀμυνομένους οὔτε ἀντιβλέπειν τολμῶντας, ἀλλὰ σφᾶς αὐτοὺς τοῖς πολεμίοις παρεχομένους ὅ τι βούλοιντο χρῆσθαι, οὔτε δὴ αὐτοῖς τά τε δείματα ἐπεκάθιζε καὶ ὁ φόβος ἐκράτει. καὶ αὐτῶν ἑξακισχίλιοι μὲν ἐν τῷ ἔργῳ τούτῳ ἀπέθανον, πολλοὶ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ἐνεχείρισαν τοῖς ἐναντίοις. οἳ δὴ αὐτοὺς
V 241 ἐν μὲν τῷ παρόντι ἐζώγρησαν, οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον ἔκτειναν. οὐ μόνον δὲ Γότθοι ἀνῄροντο, ἀλλὰ καὶ τῶν πάλαι Ῥωμαίων στρατιωτῶν πλεῖστοι, τῶν τὸ πρότερον μὲν ἀποταξαμένων τῇ Ῥωμαίων στρατιᾷ, ἀπηυτομοληκότων δὲ, ᾗπέρ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις ἐρρήθη, παρὰ Τωτίλαν τε καὶ Γότθους. ὅσοις
P 656 δὲ δὴ τοῦ Γότθων στρατοῦ μήτε ἀπολωλέναι μήτε τῶν πολεμίων ταῖς χερσὶ ξυνηνέχθη γενέσθαι, οὗτοι διαλαθεῖν τε καὶ φυγεῖν ἴσχυσαν, ὡς αὐτῶν ἕκαστος ἵππου ἢ ποδῶν ἢ τύχης ἔσχεν ἢ καιροῦ ἢ χώρου φέροντος ἐς τοῦτο ἐπιτυχεῖν.

Ἤδη μὲν οὖν ἡ μάχη ἐς τοῦτο ἐτελεύτα καὶ ξυνεσκόταζε παντάπασιν ἤδη. Τωτίλαν δὲ φεύγοντα ἐν σκότῳ σὺν ἀνδράσιν οὐ πλέον ἢ πέντε οὖσιν, ὧνπερ ὁ Σκιπούαρ εἷς ἐτύγχανεν ὤν, τῶν τινες Ῥωμαίων ἐδίωκον, οὐκ εἰδότες ὡς Τωτίλας εἴη· ἐν τοῖς καὶ Ἄσβαδον τὸν Γήπαιδα ξυνέβαινεν εἶναι. ὅσπερ ἐπεὶ
